

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Dissertationem Theologicam De Vita Aeterna Per Fidem Non Per Opera
Haereditanda : Ad Locos Lvc. X, 23-37, Et XVII, 11-19 Illustrandos**

Wittebergae: Literis Tzschidrichianis, [1754?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86218259X>

Druck Freier  Zugang



413 a. B.
48. b. 8.

26.

Fa-1092 (26.)

2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.





Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn86218259X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86218259X/phys_0004)

DFG

2.
3.
3.
4.
4.
5.
10.
19.
43
1731. 39
2.38.
33.
34.
4.
35.
3.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn86218259X/phys_0008](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn86218259X/phys_0008)

DFG

Q. D. B. V
DISSERTATIONEM THEOLOGICAM

DE
VITA AETERNA
PER FIDEM
NON PER OPERA
HAEREDITANDA

AD LOCOS

Lvc. X, 23 -- 37, ET XVII, 11 -- 19

ILLVSTRANDOS

PRAE SIDE
CHRIST. SIGISMUNDO GEORGIO
SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PVBL. ORDIN
RÉGIOELECTORAL. ALVMNORVM
EPHORO

AD DIEM III OCTOBris CIO IO CC LIV

IN AUDITORIO MAIORI

DEFENDET

M. TRAVGOTT LEBERECHT WAGNERVS
NIEDERVVERBIG. SAXO
REVER. MINIST. CANDIDATVS

VVITTEBERGAE
LITERIS TZSCHIDRICHIANIS IMRRESSAM

35.

34.

33.

32.


31.

30.

29.

28.

27.



Quamuis, in Veteri aequo, ac Novo Testamento, doctrinā de uita aeterna, per fidem in Messiam, non operibus, obtinenda, admodum perspicue sit tradita, *Pſ. CXVI, 10, Ies. LIII, 11, Ier. V, 3, Dan. IX, 18, Habac. II, 4, Io. III, 16, V, 24, VI, 40, 47, XX, 31, Act. IV, 12, Rom. III, 24, seqq. IV, 3, seqq.* reliqua, quo-uis tamen tempore satanas ab hac doctrina fidei deducere al-laborauit homines, atque hinc ut omni, sic Messiae quoque, aera-te factum est, ut uix illa inter Iudeos incredulos emergere potuerit, qui legis operibus saluari uolebant, pauci saltē erant, in quibus fidei lux elucebat, quemadmodum duae pe-ricopae, quas praesens exponit dissertatio, utrumque pluribus demonstrabunt. Faxis sumnum Numen, ut praesens labor gloriae Nominis diuini et aedificationi Ecclesiae bene uertat.

27.

28.

29.

3.

31.

32. 38.

33. 37.

34. 5.

35.

CAPUT I

QV O

EVANG. DOMIN. XIII. POST TRINITATIS

LVC. X, 23 - 37, EXTANS

ILLUSTRATVR

VERSUS 23 ET 24

23 Καὶ σραφεῖς πρὸς τοὺς μαθητὰς κατ' ἴδιαν εἶπε. Μακάριοι οἱ οφθαλμοί, δι-

24 βλέποντες, αἱ βλέπετε. Λέγω γάρ οὐκ, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς θέλησαν ιδεῖν, αἱ μὲν βλέπετε, καὶ οὐκ εἴδον, καὶ ἀκούσατε, αἱ ακούετε, καὶ οὐκ ἡκουσαν.

Et conuersus ad discipulos priuatim dixit. Beati oculi, uidentes, quae uidetis. Dico enim uobis, quod multi prophetae et reges uoluerunt uidere quae uos uidetis, et non uiderunt et audire, quae auditis, et non audiuerunt.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Καὶ σραφεῖς πρὸς τοὺς μαθητὰς - αἱ βλέπετε. Deinde postquam Sospitator eos, qui praelentes erant, horumque nomine omnes ac singulos, *Mayc. XIII, 37,* humanissimis uerbis, pro sua mansuetudine, ad se inuitauerat, *Matth. XI, 28, seqq.* iterum conuersus ad discipulos, ita enim immediate cohaerere uideretur locutio, καὶ σραφεῖς, cum uerbis *S. Matthaei*, non autem cum uerbis *S. Lucae*, quae uersu 22 praecedunt. Nam, cum in eodem uersu legatur locutio, καὶ σραφεῖς, necesse est, aut superfluam, quod ego tamen non dixerim, esse illam locutionem, unde etiam in nonnullis codicibus, et in ipsa versione b. *LVTHERI* deest, aut aliquid inter hos uersus 22 et 23 intercesse, quod *S. Lucas* non adscripsit, atque hoc eam esse statuo, quam *S. Matthaeus*,

A

thaeus,

tharus, cap. XI, 28, seqq. refert, initiationem uniuersalem. Qua peracta rur-
sus conuersus ad discipulos, non tantum duodecim illos, quos Apostolos uocau-
bat, *Luc.* VI, 13, sed procul dubio quoque septuaginta illi sunt intelligendi,
quos elegerat, *Luc.* X, 1, et qui, a legatione sua redeuntes, praeſentes erant, atque
adhuc sermonem Christo occasionem dederant, *Luc.* X, 17, seqq. seorsim, pri-
uatum, dixit. Sed, quo referenda fit dictio, κατ' idicas, interpretes non conve-
niunt. SYRVS enim, ARABS, aliique ad discipulos, b. LUTHERVS in Ver-
fione, Beza, et qui sunt reliqui, ad dixit, referunt. VULGATVS autem ma-
le neglexit. Nobis, perinde esse, uidetur, siue cum discipulis, siue cum τῷ
dixit, construatur, quoniam unus idemque sensus emergit. Cur uero pri-
uatum, non publice, dixerit Dominus ad discipulos ea, quae sequuntur, disqui-
suerunt interpretes, eorumque alii autumant, id factum, ut oscitantiae, uel
propriae laudis, notam effogeret, alii ut Iudeorum euitaret liuorem atque in-
uidiam, quam in eadem causa expertus erat, *Io.* IIX, 56, seqq. alii, tacente
Scriptura, interpreti quoque tacendum esse, eique sufficere, si seiret, Dominum
rationes suas habuisse, statuunt, quando priuatum, non publice, beatos praedi-
cauit eos, inquiens, Beati oculi isti, qui uidentur sunt, i. e. qui uident, quae
uos uidetis, scilicet tum me Messiam, Filium DEI unigenitum in carne ma-
nifestatum, *Io.* I, 14, *i Tim.* III, 16, *i Io.* I, 13, tum opera miraculosa, *Ies.* XXXV, 5, 6, doctrinae meae efficaciam, *Mattb.* VII, 29, XI, 5, XXII, 16, ac denique uitae
meae sanctitatem, *Ioh.* IIX, 46. Consistit autem, hoc loco, beatitudo illa,
non in corporali uisu tantum, quae felicitas etiam Iudeis contigit re-
probis, neque in spirituali uisione duntaxat, quae est omnium credentium,
sed in corporali et spirituali simul, siue ut b. CALOVIVS, in Bibl. Ill. ad
h. l. differit, scribens, Beatitudo haec singularis est, qualis Mariae Σεοτόκου,
Luz. I, 48, XI, 27, per se nihil faciens ad consequendam uitam aeternam, ad quam
spirituali uisione, quae oculis fidei sit, opus est, *Io.* III, 15, corporalis enim uiso
multis reprobis obtigit, qui increduli mansere. Magna autem est ista beatitudo,
qua coniuncta cum uisione spirituali, quam ideo Prophetae multi ac Reges fide-
les exoptarunt et desiderarunt, quae uero Apostolis reservata fuit. Notetur
ergo triplex Christi uisio. 1) corporalis tantum, qualis erat Iudeorum ple-
rorumque et Pharisaeorum, 2) spiritualis tantum, qualis est omnium creden-
tium, qui Christum in carne non uiderunt, Patriarcharum, Prophetarum, alio-
rumque iustorum, 3) spiritualis et corporalis simul, qualis erat Apostolorum,
qui et oculis suis uiderunt Iesum, in eum crediderunt. Spiritualis absque corpo-
rali sufficit ad salutem, *Io.* XX, 29, non autem corporalis sine spirituali. Qui-
bus addimus, 4) quae est apparitionis et spiritualis, qualis erat Abramini, *Gen.*
XXII, 1, *XLI*, 1, seqq. 17, Iacobi, *Gen.* XXXII, 24, seq. Iesaiæ, *Ies.* VI, 1, 5, Ezech. I, 26,
Danis.

Danielis, Dan. VII, 13, aliorumque, qui Filium DEI, in forma humana assumta, uiderunt corporis, et in mente, spiritus oculis.

Ἄγω γὰς ὑμῖν -- καὶ οὐκ ἔκουσαν. Dico enim uobis ego, pro rei ueritate, qui tum temporis iam fui, quo maiores uestrī me uidere uolebant, Ioh. IX, 56, 58, ideoque, ut testis αὐτόπτης, hanc ueritatem dicere possum, quod multi Prophetae, et Reges uoluerunt uidere in Veteri Testamento, quae uos uideatis, Messiam nimirum in carne eiusque opéra, et non uiderunt, quia tempus nondum erat impletum aduentus Messiae, Ies. II, 2, 3, IV, 2, Ier. XXIII, 5, 6, Hab. II, 3, Gal. IV, 4, et audire doctrinam meam, siue Euangelii dogmata, Deut. XXXIX, 18, Ies. XLII, 1, seq. L, 4, Matth. VII, 28, 29, Luc. IV, 22, quae uos auditis ex ore meo in dies, et non audiuerunt, quia tempus incarnationis meae nondum uenerat. Quoniam uero in genere dominus nominauit multos Prophetas ac Reges, quaeritur, quinam sint ii, qui h. l. intelligendi? Nobis quidem uidetur, neminem eos apodictice nominare posse, uero simile tamen uidetur, in iis, praeter alias, referendos esse Abramum, Iacobum, Gen. XLIX, 18, Dauidem, Ps. XIV, 7, LIII, 7, Iesaiam, cap. LXIV, 1, reliquos. Ceterum restat CHRYSOSTOMVS ex his infert, ueteribus notum fuisse, Filium DEI in carnem uenturum, Hom. 7 in Io. I, scribens, Multi, inquit, cupierunt, quae uos uideatis. Non erunt ergo, ipsum ad nos uenturum, et, quae facit, facturum. Nisi enim nouissent, nullo paclio uidendi flagrassent desiderio. Nemo enim, quod ignorat, cupere potest. Non erunt ergo, ipsum uerum DEI filium ad humanum genus descensurum. Sed quae nam sunt, quae neque uiderunt, neque audiuerunt? Ea, quae nunc uos et uideatis, et auditis. Siquidem et uocem eius illi audiuerunt, et ipsum uiderunt, non tamen in carne, neque cum hominibus conuersantem, neque ipsis tam familiariter et libere loquentem. Cupierunt uidere me, sed, quae uos uideatis, audire me, sed, quae uos auditis. Itaque licet ipsi aduentum in carne non conspicati sint, uiderunt tamen ipsum futurum, quem cupiebant, sicut et nos fidei oculis uidemus eum, qui in Scripturis S. nobis ante oculos est p̄stus, Gal. III, 1, non rationis oculis, quae caeca est, 1 Cor. II, 14

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

- I Magnae quidem felicitatis dies illuxit olim, Iudeis quod Christum in carne uiderunt, sed tamen iis saluifica tantum et beatifica fuit, qui in eum crediderunt, Io. III, 16, VI, 40, 69, XI, 25, 26, 42.
- II Credentes quidem in hac iam uita sunt beati, Ps. I, 1, seqq. Luc. VI, 20, seqq. VII, 23, Io. XVII, 3, sed tamen in spe, non aetate, Rom. IX, 16, 17, 24, 1 Cor. II, 9, 2 Tim. IV, 8.

III Licet haec felicitas nobis non contigerit credentibus, ut Christum corporis oculis uideamus, quam pii credentes V. T. efflagitarunt, tamen hoc non officit beatitudini nostrae, *Io. XX, 29, 1 Petr. I, 8, 9, conf. προσοικ. anteced.*

IV Christus nos in dies alloquitur, licet non ore, tamen uerbo scripto, *Io. XX, 31, Rom. XV, 4*, quod beati simus, *Marc. XVI, 16, Io. V, 24, conf. paulo ante προσοικ. I et II.*

V Non rationis oculis, qui coeci sunt, *1 Cor. II, 14, Matth. XVI, 17*, sed fidei oculis, uidemus Iesum, *Io. XX, 29, 31, Hebr. XI, 1, 13*, in scripturis sacris nobis ante oculos pictum.

VI Saepe quidem nos homines ea in uotis habemus uidere, (sic AVGUSTI. NVS uidere orabat tria, Christum in carne, Paulum in ore, et Romanum in flore,) quae uidere non possumus, *Exod. XXXIII, 18, 21*. Utinam ea uideremus, quae uidere possumus, iuxta προσοικ. anteced.

VII Desiderium Christum uidendi, piorum quidem est, *Pf. XLII, 2, 3, Luc. II, 29, 2 Cor. V, 8, Phil. I, 23*, tempus autem, quando soluti a uanitate hac eum uidebimus, a DEO pendet. O si hodie uocem Christi audiremus! Hodie mecum eris in paradiſo, *Luc. XXIII, 43*.

IX Omnes, siue sint Reges, siue prophetae, siue dites, siue pauperes, debent desiderio Christum uidendi, eumque docentem audiendi, flagrare, *Pf. XLII, 2, 3, Act. IV, 12, seq. conf. προσοικ. anteced. Coram D E O enim nulla est προσοπωληψία, Act. X, 34, 35, Col. III, 25.*

VERVS 25 ET 26

25 Καὶ ἴδου νομικὸς τις ἀνέση, ἐκπειράζαν
αὐτὸν, καὶ λέγων· Διδάσκαλε, τί ποι-
26 ἕστις ζῶντος αἰώνιον κληρονομήσω; Ο δὲ
ῆπε πρὸς αὐτὸν· Εν τῷ νόμῳ τι γέ-
γράψατο; Πῶς ἀναγνωσκεῖς;

Ecce autem legisperitus quidam surrexit,
tentans eum, et dicens. Doctor, quid fa-
cturus uitam aeternam baereditabo?
Hic autem respondit ad ipsum. In le-
ge quid scriptum est? quomodo legis?

Ε Η Γ Η Σ Ι Σ

Kαὶ ἴδου νομικὸς τις -- ζῶντος αἰώνιον κληρονομήσω; Ecce autem, uid. de utraque particula *Vindic. N. T. p. 157, seq. et 161, seq. cum Dominus adhuc cum discipulis suis, ad quos, iuxta n. 23, se se conuerterat, loqueretur clam, eosque de beatitudine in spe, Rom. IX, 24, certiores faceret, paulo ante uero, uersu scil. 21, docuerat, quod doctrina Euangelii simplicioribus revelata, prudentibus au- tem huius mundi occulta sit, legisperitus quidam, qui propriei iustitiae et eruditioinis persuasione turgidus, atque sacrarum literarum doctor et inter- pres*

pres erat, utrum uero traditionarius doctor, an karaeus, siue textuarius fuerit, uid.
 b. WOLFIUS in *Cur. Phil.* ad h. l. certe pronunciare non licet, hoc uero coniicen-
 dum uidetur, quod forte se tactum sentiebat, atque inde hostili omnino ani-
 mō contra Iesum surrexit, ut eum caperet in sermone, conf. *Matth.* XXII.
 15, *tentans eum*, utrum aliquid ex ore eius uenari, quod contra legem specta-
 ret, eoque ipsum populo invisum reddere, posset. Hinc omnes ingenii
 intendebat neros, ad circumueniendum eum subdola quaestione. Non
 sine emphasi enim hic uerbum ἐπειδὴν positum est, siquidem praepo-
 sitio ἐξ tum tentantis animum intentum ac subdolum, tum quaestioni difficulta-
 tem, quam ex intimis tentati recessibus, in praeiudicium eius, expiscari con-
 tendebat, h. l. denotat, quo fine, non ut disceperet, sed ut noceret Domino,
 quaerit Dominum, dicens blanda quidem uoce, sed corde uenenato et insidiante,
Rom. III, 13, Doctor, quem omnes depraedicant, qui tuam audiunt
 efficacissimam ac gratiosam doctrinam, *Matth. VII, 28, XXII, 16, Luc. IV, 22,*
32, Io. VII, 46, qui uident tua miracula, *Matth. IX, 33, Marc. VII, 37*, reūte
 enim doces uiam Domini, *Matth. XXII, 16*, dic mihi quaeſo, qui dixisti, quod
 simplicioribus revelata sit saluandi uia, eorumque nomina in coelis scripta,
Luc. X, 20, 21, quid ego, quēn tu in simplicioribus non referre uideris, sed in
 prudentioribus, qui legem exponimus, iuxta eam incedimus, eaque saluari
 speramus, faciam, sed hoc erat in causa, quod prudentibus salutis uia erat
 occulta, nec eam agnoscere uolebant, quia propria iustitia et operum meritis,
 non uero gratia et fide in Christum Iesum, salui fieri uolebant, *Matth. V, 20,*
Rom. IX, 32, hinc omnem saluandi rationem ad opera sua ex eterna, externam
 que iustitiam imaginariam, conf. *Ies. LXIV, 6, Dan. IX, 18*, restringebant, at-
 que hoc praeiudicio imburi, ubique uocem faciendi edebant, *Matth. XIX, 16,*
 seqq. *Luc. XIX, 11. seqq.* legis promissionibus innixi, quam uero adimplere
 non poterant, *Matth. V, 17, 19, XXII, 37, seqq. Gal. III, 10, 11*, atque inde mirum
 non erat, quod hic etiam ex communi legis peritorum Pharisaeorumque
 sententia, interrogabat, tentans Iesum, utrum contra eam sit pronuncia-
 turus quicquam, quo caperet eum, quid facturus uitam aeternam, (Vocem
 αἰώνιον *Marcio*, obseruante *Grotio* ad h. l. deleuit, ut uideretur, scribente *TER-*
TULLIANO, agi de ea uita, quae in lege promittitur a creatore longaeua, non
 autem futura,) haereditabo? Non nulli uertunt, consequar, quo quidem sensu uer-
 bum, κληρονομίαν, in sacris aequa ac profanis occurrit, tamen, nec eos erra-
 re, arbitramur, qui proprie accipiunt, cum enim Iudei semet ipsos pro filiis
 DEI haberent, *Io. II, 41, 42*, et consequenter, se esse haeredes, inferebant,
 prout S. Paulus quoque concludit, *Rom. II, 17*, nullum forte dubium est,
 eos statuisse, uitam aeternam ad se iure haereditario pertinere, atque ex hac

A 3

commu-

27.

28.

29.

3

31.

32. 38.

33. 37

34. 5.

35.

communi hypothesi hoc vocabulo usum fuisse legisperitum, qua tamen ipsa assertione contradixit simul hypothesis sua, qua faciendo uitam aeternam acquirere uolebat, si enim haereditatis est uita aeterna, et ut filii competit, non est operum, sed gratiosae participationis, Rom. XI, 6. Postremo ex hac quæstione insimul apparet, quod Iudei, si Sadducaeos exceperis, non negarint immortalitatem animae, nec ignorarint eam, ut DODWELLVS aliquique statuere, nec poenas ac mercedem ad hanc saltem uitam restrioxerint, Atheorum more, conf. GRAPIVS in *System. Theol. Contriv.* Tom. II, cap. IV, p. 106, 115.

O δέ εἶπε πρὸς αὐτούς πᾶς ἀγαγώνεις; Hic autem Iesus, qui cogitationes eius ominino fallaces et insidiosas uidebat, Matth. IX, 3, 4, XXII, 18, dixit, i. e. respondit, ad eum, quæstionem propositam, qua uitam aeternam, iuxta uersum antecedentem operibus promereri uolebat, Scripturæ S. auætoritate, omni exceptione maioris, dissoluens. Haec enim cum sit religionis uerae unicum principium, ex quo omnia, tum credendorum, tum agendorum, capita sunt diuidicanda, Ps. CXIX, 105, Ies. IIIX, 20, Io. V, 39, Dominus ad idem, pro more suo, Matth. IV, 7, 10, XIX, 17, seqq. XXII, 37, seqq. Luc. XVI, 29, eum ablegat, nobisque simul hanc iniurxit necessitatem, quam uero Pontificii Antichristi friuole impugnantes Domino conitadicunt, ut, cum norma sit, eam diligenter scrutemur, ac religiose legamus, Ps. I, 2, Io. V, 39, Act. XVII, 11, inquiens, In lege, quæ operum norma est, et, quid homini sit faciendum, si lege uelit saluus fieri, præcipit, de qua uos Iudei multum gloriamini, nec ego eam inpugno, uel ei aduersi quicquam doceo, qui ueni, non ut soluam, sed ut impleam, legem, Matth. V, 20, quid' scriptum est de hac quæstione tua, eiusque responsione, quam inde haurire debes, quomodo tu legis ibi, in lectio, ut nonnulli subsumunt cum VITRINGA, quotidiana, quam mane et uespera recitare consueuisse dicuntur ex Deut. VI, 4, seqq. Quæ lectio nat' ιξοχὴ dicta est תְּרוּמָה siue lectio, alias a prima uoce, עמֶש Lectio Schema עמֶש appellata. Cum uero hac in Lectio amo- ris saltem mentio fiat DEI, utique huic Lectio etiam ea, quæ Lenit. XIX, 18, extat, erat iungenda.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Legisperiti quidem insidias, quas Domino struebat, fallacemque eius animum detestamus, sed utinam a Christianorum doctoribus haec aliena essent carnis opera, conf. Ps. V, 10. Ier. V, 26, seqq.

II Si in Christum ministri satanae insurgentes eum tentarunt, eique insidiati fuerint, noli demirari, si idem tibi euenerit, Matth. X, 25, Luc. XXIII, 31, Sed cautionem adhibe ex altera parte, ne te circumueniant, Matth. VII, 15, X, 16,

X, 16, ex altera uero parte confide DEO, qui eos confundet, Ps. II, 2, 4, 5, Ies. VIII, 10.

III Improborum hominum disce malitiam, qui ueritatis salutisque aeternae nomine malitiam suam tegere non erubescunt. Cauete uobis ab hoc improbitatis genere. Conf. προσωπικόν antecedens.

IV Non omnes, qui externo honoris nomine Christum uenerantur, sunt ueri eius adoratores, uera eius membra, et uitiae aeternae haeredes, Ies. XXIX, 13, Matth. VII, 22; cum fel sit in labili eorum, et malitia in ipsorum corde, licet uel maxime blande loquantur, Rom. III, 3, 18.

27.

28.

29.

3

31.

39.

32. 38.

33.3

34.2

35.

V Multi quidem sciunt, multi quaerunt, uiam ad salutem aeternam, sed non ingrediuntur eam, multi uero sibi persuadent, se scire eam, sed in deuis incedentes, a uera uia aberrant. Quo sit, ut nullum horum genus uitiae aeternae particeps fiat, quandoquidem non scire, non quaerere, non sibi persuadere, sufficit, sed in uiam ingredi, Io. XIV, 6, XVII, 3, XX, 31, et ueram illam in Scriptura S. ostensam, feligere, requiritus, Ies. IIIX, 20, Ps. CXIX, 105, Io. V, 39, XIV, 6.

VI Quo doctiores sunt homines, eo peruersiores saepe in religione sunt, et dum sui ingenii superbiae et ratiocinandi libidini indulgent, stultescunt, Lus. X, 21, Rom. I, 22, Cor. I, 19, seqq.

VII Si uita aeterna est filiorum haereditas, Rom. IIIX, 16, 17, non operibus potest illa acquiri, sed amori diuino et gratiae, Christi merito partae, quod fides amplectitur, est tribuenda, Io. I, 16, III, 16, Rom. III, 24, seqq. XI, 6, Eph. II, 8, 9.

VIII Qualis quaestio, talis responso. Lege si uis saluus fieri absolute, fac legem, responso est, Matth. XIX, 16, 17, si Euangelio, crede, responderetur, Act. II, 37, 38, XVI, 30, 31.

IX Verbum DEI ideo scriptum est, ut altera ex parte scrutemur, ut legamus, illud in salutem nostram, altera uero ex parte, ut sit norma agendorum et credendorum. Ps. I, 2, CXIX, 105, Ies. IIIX, 20, Io. V, 39, XX, 31.

X Scriptura S. est unicum medium aduersarios confutandi et confundendi, Ps. CXIX, 105, Matth. IV, 4, seqq. Act. II, 15, seqq. Eph. VI, 17.

Ver.

VERVS 27 ET 28

27 Ο δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· Αγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδιᾶς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ τὸν πληγόν σου, ὡς σεαυτὸν·
28 τὸν Εἶπε δὲ αὐτῷ· Ορθῶς ἀπεκρίθης· Τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ.

Ille autem respondens dixit. Diliges Dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota facultate tua, et ex toto animo tuo, et proximum tuum, sicut te ipsum. Dixit autem ipse. Recte responderisti. Hoc fac, et uiues.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Οδὲ ἀποκριθεὶς εἶπε· - ὡς σεαυτόν. Ille autem, prout decet legis peritum, promte respondens ex Dent. VI, 5, et Lenit. XIX, 18, dixit, de qua phrasι uid. Vindiciae N. T. p. 293, seqq. Diliges, Futurum pro Imperatio, uid. Vindiciae cit. p. 252, seqq. emphatice est positum, non tantum mandatum, sed etiam continuationem amoris per omnem vitam inferens, siue quoad uixeris, diliges Dominum DEVM tuum, creatorem, patrem, et conservatorem, in Hebraicis **אֱלֹהִים** quorum alterum **יְהוָה**, cum nomen DEI esse essentiale, proprium, et incommunicabile sit, Exod. III, 14, Ies. XLII, 8, alterum **אֱלֹהִיךְ** nomen plurale, illud essentiam DEI, quod in essentia unus sit, iuxta uersum 4 cap. VI Deut. infert, hoc uero, quod tres sint personae in hac una essentia, 2 Sam. XXIII, 2, Ps. II, 7, Ies. XLIX, 16, Matth. III, 16, XXIX, 19, 1 Io. V, 7, et cum pronomen *tuum* additum sit, eo ipso cognitio, assensus et fiducia hominis requiritur, ut, scilicet, cognoscatur et credatur DEVM trinum, in eoque fiduciam ponat, Matth. XI, 27, Io. XVII, 3, 1 Cor. XII, 3. Ne quis uero existimet, amorem erga DEVM sufficere simulatum, hypocriticum, aliqualem oralem, et ad tempus saltem duraturum, describitur ille, qualis esse debeat, nimirum DEVM tuum ex toto corde tuo, quo ipso indicatur, quod sincerus, spontaneus, et ex uera fide, quae cordis est. Act. XV, 9, esse debeat, adeoque ad uoluntatem respicit haec locutio, et ex tota anima, quo requiritur amor profundus, summus, et qui sit super omnia, qui durer per omnem vitam, siue quamdiu anima sit in corpore, nec a DEO trinuno auelli possit, Rom. IX, 38, 39, qui ad appetitum sensituum respici uidetur, et ex tota facultate tua, siue ex totis uiribus tuis, quo indicatur, quod amor esse debeat serius, non diuisus, Matth. VI, 24, 2 Cor. VI, 14, seqq. 1 Io. II, 15, qui totus ad DEVM eiusque uoluntatem exsequendam tendat, tum gestibus ac uerbis, tum actionibus, eoque animi industria siue voluntatis conatus respicitur, tum denique ex toto animo, cogitando ac meditando, quae quidem verba in Hebraicis non leguntur, fluunt rāmen ex an-

ex antecedentibus, ideoque a Christo sunt comprobata.) hoc autem sit quando DEVM pro summo bono nostro habemus, eiusque benignitatem et amorem erga nos, quo nos prius amauit, i. *Io. IV, 9, 19*, expendimus, atque hinc omnes cogitationes ac meditationes, secundum cognitionem, ex sacris literis haustam, eo dirigimus, ut eum uere et super omnia diligamus, quo intelleximus indigitatur, uid. *GERHARDVS, cap. CLVI. Harmon.* Ex quibus intelligitur, quod eorum labor non superuacaneus sit, qui has locutiones, otiose non positas, exponunt. Conf. b. *CALOVIVS* in *Bibl. III.* ad h. l. Qui uerus amor, inter alia, ex eo cognoscitur, quando proximum amamus, i. *Iob. IV, 20*, siue, ut uerba fluunt, et proximum tuum sicut te ipsum, ex *Leuit. XIX, 18*, desumpta, conf. *Gal. V, 14. Iac. II, 8*, qui amor in eo consistit, ut omne id, quod nos uolumus et efflagitamus boni, eidem quoque exhibeamus et apprecepemur, malum contra, quod nos horrescit, ei nunquam inferamus, siue, ut Christi uerbis haec exponamus, *Omnia, quaecunque nullis, ut faciant uobis homines, talia etiam uos facite illis. In eo enim consistit lex et Prophetae, Matth. VII, 12.* Conf. plura a *GROTI* et b. *CALOVIO* ad h. l. allata in huius *Bibl. III.* Hanc auream regulam si obseruarent homines, nullae contentiones, nulla inuidia, nulla bella, nulla furta, nulla adulteria, nulla latrocinia, nulla defraudandi genera, nulla alia erga proximum darentur facinora, *Rom. XIII, 9, 10*, sed omnes essent ή καρδία ναὶ ή ψυχὴ πίστις, *Act. IV, 32*, omnia essent pax, ubique amoris opera lucerent, omnes exsequenter alteram diuinæ legis tabulam. Atque huius si possent adimplere perfecte, ut et prioris tabulae, legem, omnino homines salui fierent legis operibus, prout sibi persuadebant Iudei, ideoque etiam eo sensu respondit Dominus, καθ' ὑπόθεσιν eorum, legis perito, de quo in uersu sequenti.

Ἐπειδὲ αὐτῷ -- τοῦτο ποιεῖ, καὶ γένεται. Dixit autem Iesus, audita hac response sapienti, ipse legisperito. Recte respondisti, qui lege saluus fieri uis, quod haec legis sit summa, et, qui hanc adimplere perfecte, Matth. V, 19, saluetur. Sed cum hic non sufficiat τὸ στοιχεῖον, et dicere tantum, sed etiam τὸ πλήρωμα, Iac. I, 22, seqq. tota sententia eo redibit, ut, qui faciendo saluus fieri contendis, etiam ea, quae facienda sunt, facias. Ergo hoc, quod in response atrulisti, fac, i. e. si feceris, quod dixisti, perfecte, non tantum externis operibus, sed etiam interne, toto corde, tota anima, tota mente, pro uirili, et uiues in aeternum, siue uitam aeternam haeredirabis, ut in quaestione legis periti erat. Cum vero haec factu sint impossibilia, Rom. III, 3, et ipse legis peritus haec impossibiliter cognoscere potuisset, si utriusque amoris ambitum expendisset, uid. uersus antecedens. Dominus ex ipsis responsione ipsum conuinceit, quod quaestio eius, qua faciendo saluus fieri uole-

B

udiebat, si falsa, aliaque inde salutis via ingredienda, quam Christus toties demonstrat, *Io. V, 24, VI, 29, 40, 47, XIV, 6.* Ceterum, ut ex GROTI sententia, ad h.l. Christus dicitur laxius accepisse vocem ποιεῖν, quam ipse legis peritus, sribentis, *Quia legisperitus interrogauerat, τι ποιήσεις, Christus idem quoque verbum, sed laxius sumum illi regerit.* Stricte ποιεῖν dicitur de factis externis, late porrigitur etiam ad internos animi motus, sic Pontificii ex hoc loco urgent, bona opera ad salutem esse necessaria, nec sola fide hominem saluari, si enim hoc, Christus dixisset, *crede et uiues,* ei tunc fide saluaretur homo, cum autem, *fac et uiues,* dixerit, faciendo saluari portet hominem. At enim uero, quemadmodum, GROTI assentiendum esse, non uidetur, cum eodem laxiori sensu legisperitus accepit vocem ποιεῖν, de interioribus scilicet motibus, quando profitebatur, DEVUM amandum esse *ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente,* quae certe amoris requisita, quia primam tabulam, motus aequae praesupponunt internos, ac qui, quod ad tabulam secundam, requiruntur, quando dicitur, quod proximum debemus amare, sicut nosmet ipsos, hic enim amor non tantum externus, qui actionibus agnoscitur, sed etiam internus, qui mente, cogitationibus, ac deliberatione fit, Ita nec Pontificii hic inueniunt, quod ipsi contra αὐαλογίαν τῆς πίστως, *Rom. XII, 7,* quae docet, fide, non operibus, saluari hominem, *Marc. XVI, 16, Io. III, 16, VI, 40, 47, XI, 25, 26, XX, 51, Rom. IV, 5, seqq. Gal. II, 16, 21, III, 11, 22, 26, Eph. II, 8, 9,* cetera, quae rurunt, quandoquidem Dominus ναθ' ὑπόθεσιν legislandi loquitur, qui, Iudeorum ex hypothesi, statuebat, se posse legem adimplere perfecte, et quadrupliciter dominus toties eos docuisset, quod ex fide sit salus, *Marc. I, 15, Io. III, 16,* et alibi, et quod Iudeorum iustitia operum sit nulla, *Matth. V, 19, 20,* nihilo tamen fecios perseverabant illi in sua hypothesi, quare etiam sententiam dicir, si feceris hoc, quod dixisti, scilicet, si Dominum DEVUM tuum ex toto corde, ex tota anima, ex tota facultate, ex tota mente, et proximum, sicut te ipsum, amaueris, etiam uiues per hunc auctorem, nunc autem quaero Pontificios, utrum hoc potuerit facere legis peritus, et utrum id ipsum etiam possint Pontificii, si possint, libentes concedimus, ipsos per opera saluos fieri posse, si non possunt, quemadmodum impossibile hoc est, *Gen. II, 21, Rom. IX, 3, 4,* sapiant tandem, et gloriam concedant DEO, quod ex gratia saluos faciat credentes, *Rom. IV, 4, seqq. XI, 6, Eph. II, 8, 9,* contra uero designat conuictari nostram Ecclesiam, (sicut breui abhinc tempore, Episcopus fecit Gurcensis, in Epistola Pastorali, qui eam Simonis Magi insimulauit haeresens, sermone quidem blando et astuto, non satis tamen cauto, nobis eam affingendo haeresin, quae Pontificiis est propria in quarto modo, ut dudum cecinit Poeta apud PAULVM LANGIVM,

Papa

Papa dolor mundique pudor per crebra patescit.
Crimina, terrarum notus ubique uiris.
Heu Simon regnat! per munera quaeque reguntur.

Vt SANNAZARI, MANTVANI, aliorumque testimonis, quandoquidem res ipsa loquitur, taceam; et ipse Episcopus testis erit, secum expendens, quot aureorum millibus pallium Episcopale, h.e. episcopatum, redemerit) ac si illa omnia reiiceret bona opera, licet Aug. Confessio eiusque *Apologia toties*, Scriptura S. praeeante, Matth. V, 16, XXV, 35, seqq. Eph. II, 10, Tit. III, 8, ea, ut fidei fructus, facienda, asseruerit, et omnibus commendauerit, Artic. XX scribens, *Falso accusantur nostri, quod bona opera prohibeant, cetera, et sub finem fere huius articuli, Praeterea docent nostri, quod necesse sit bona opera facere, non ut confidamus per ea gratiam mererii, sed propter voluntatem DEI.* Tantum fide apprehenditur remissio peccatorum ac gratia. Et quia per fidem appetitur Spiritus S. iam corde renouantur, et induunt novos affectus, ut patere bona opera possint. -- Hinc facile apparet, banc doctrinam non esse accusandam, quod bona opera prohibeat, sed multo magis laudandam, quod ostendit, quomodo bona opera facere possimus. reliqua.

ΠΡΟΣΩΠΙΚΕΙΩΣΙC

- I Ut nuda notitia historica DEI eiusque voluntatis hominem non saluat. Matth. VII, 21, 1 Io. II, 4, Iac. II, 19, sic uera illa est, quae cum assensu et fiducia est coniuncta, arque amore erga DEVM ac proximum sese exserit, Io. XIV, 23, XVII, 3, XXI, 31, Gal. V, 6, 1 Io. III, 23, IV, 20.
- II Cum DEV S sit summum bonum, ab eoque omne bonum proficiatur, Iac. I, 17, summo etiam amoris affectu eum presequi, et supra omnia eum amare debemus, Deut. VI, 5, Matth. X, 37, 39, Luc. XIV, 26.
- III Gradus admittit amor. Summus debetur DEO, iuxta προσώπικ anteced. alter nobis et proximo, Leuit. XIX, 18, Marc. XII, 31, Rom. XIII, 9, 10, Eph. V, 28, 29, 1 Tim. V, 8, tertius pecori nostro, ac reliqui reliquis creaturis, Exod. XXIII, 4, 5, Ps. XXXVI, 7, CIV, 14, CXLVII, 9, Pron. XII, 10. Luc. XIV, 5, 1 Cor. IX, 9.
- IV Hoc quidem scimus omnes, quod DEV S supra omnia sit amandus, et proximum, sicut nosmet ipsos, amare debemus, sed quis est, qui hoc post lapsum perfecte facere possit? Gen. IX, 21, Ps. XIV, 3, LI, 7, Rom. III, 10. Si enim in unum impegerit legis momentum homo, totam legem uiolauit, Iac. II, 10. Hinc cum nemo legem perfecte, perfectam enim requirit obedientiam, rotum cor, totam animam, totas uires, adimplere possit, nemo etiam lege salvus

uus fieri potest. Atque hoc erat in causa, cur Filium suum DEVS in hunc mundum misit, ut nostro loco legi satisfaceret, *Matth. V, 17, Rom. IX, 3, Gal. II, 16, 21, III, 10, 13, IV, 4, 5.*

V Hoc est Christianorum officium, ut eo pro virili contendant, quo DEVM ex toto corde, mente, uerbis, ac gestibus, ament, et licet id perfecte fieri non possit, iuxta προσοικ. anteced. defecatum tamen meritum Christi supplet, *Ies. LIII, 5, Rom. III, 23, seqq. 1 Tim. I, 15, II, 6, 1 Petr. II, 24, 1 Io. II, 2, IV, 9, 10.* Non ergo tuis operibus, sed merito Christi, confidens uiues.

VI Mirum genus hominum! qui, DEVM se amare, ac fidem habere, ostentant, operibus tamen, cum proximum non ament, contrarium ostendunt. Qui enim proximum non amant, neque DEVM amant; 1 *Io. II, 9, 10, II, IV, 20, 21, Iac. II, 14, seqq. 26.*

VII Proximum quidem amare debemus, sicut nosmet ipsos, sed non supranos, hinc amor, a se ipso incipere, ac sibi suisque primum prospicere, dicitur 2 *Cor. II, 12, seqq. 1 Tim. V, 8.*

VIII Ut mali mansueto animo sunt ferendi, et ad agnitionem veritatis perducendi, 2 *Tim. II, 24,* sic in ipsis quoque laudanda est virtus, *Luc. XVI, 8.*

IX Legem si feceris, uiues, data enim est ad uitam, *Rom. VII, 10.* Sed cum nemo legem facere possit post lapsum, *Rom. VII, 14, seqq.* neminem quoque lex saluum facere potest, uid. προσοικ. IV.

VERVS 29 — 32

29 Ο δέ, Θέλων δικαιοῦν ἔαυτὸν, ἐπεπρός τὸν Ἰησοῦν. Καὶ τίς ἐσι μου πληστού;

30 Τπολαβών δὲ ὁ Ἰησοῦς ἔπει. Αὐθεωπός τις κατέβανεν ἀπὸ Ιερουσαλήμ εἰς Ιεριχώ, καὶ λύσας περιέπεσεν ὡς καὶ ἕκδυσαντες αὐτὸν, καὶ πληγῆς ἐπιθέντες, ἀπῆλθον, ἀφέρτες ἡμιδανή τυγχάνοντας. Κατὰ συγκυρίαν δὲ ιερεὺς τις κατέβανεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκεῖνῃ. Καὶ

32 ἴδων αὐτὸν ἀντικαρῆθεν. Ομοίως δέ καὶ Δευτίτης, γενόμενος κατὰ τὸν τόπον ἐλθὼν, καὶ ἴδων αντικαρῆθεν.

Ille autem, uolens iustificare se ipsum, dixit ad Iesum. Sed quis est meus proximus? Excipiens autem Iesu dixit. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho, et in latrones incidit. Hi igitur exuentes eum, et plagas inferentes, abierunt, relinquentes semiuiuum existentem. Secundum sortem uero sacerdos aliquii descendit in via illa, et uidens eum, prateriuit. Similiter uero etiam Leuita, existens circa locum istum, ueniens et uidens, praeteriuit.

Ε Η Γ Η -

Ε Σ Η Γ Η Σ Ι Σ

Ο δὲ, -- καὶ τις ἐστὶ μου πλησίον; Ille autem legisperitus, qui imbecillitatem suam, quod DEVM ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, et proximum, sicut se ipsum, amare non possit, nec unquam amauerit, agnoscere solebat, sed etiam nunc superbiens in ea imaginaria erat persuasione, se posse DEVM et proximum perfecte amare, se posse legi operibus suis satisfacere, iisque saluum fieri, hinc uolens ex illa praeiudicata opinione iustificare, h.e. iustitiae ladem sibi arrogare, ac iustum declarare se ipsum operibus suis, quae fecerat erga proximum, Iudeorum more, Matth. XIX, 18, seqq. dixit, eo fortasse fine, ut occasionem haberet illa de praedicandi, aut Dominum de integro tenandi, ad Iesum querens. Quisnam uero est meus proximus? Sicut b. STOCKIVS restat ad haec uerba notauit, scribens, quasi diceret, DEO unice adhaereo, cuncta idola abominans et detestans, eundem pro uiribus colo et amo. Non solum propinquos et amicos, sed etiam quosvis Iudaicæ gentis homines diligo, iisque charitatis officia praeflo. Num praeter hos alius est, qui nomine proximi ueniat? Praeter homines Israeliticæ gentis, aliarum gentium homines Iudeis non ueniebant nomine proximi, sic, eo sensu cum acceperit legisperitus uerba sua, utpote qui ex Christi responsione satis eluescit, se ipsum arguit, quod ignorauerit, quis sit proximus, quem tamen se amasse sibi persuadebat, conf. Matth. V, 43, seqq. Ut igitur eum conuinceret, quod amor erga proximum longissime fines suos extendat, nec tantum gentis suae ciues pro obiecto habeat, sed quemlibet hominem, quicunque ille sit, in sequentiibus assert huius rei demonstrationem. Ad quam antequam animum appellamus, tribus saltim obseruetur, quod nonnulli locutionem πλησίον μου, uel σου, uel αὐτοῦ, Ebraismi insinuarint minus recte, uid. Vindiciae cit. p. 267, seq.

Τπολαβών δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐπεν· -- ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα. Excipiens autem Iesus ad quaestionem, siue accipiens quaestionem legisperiti, minus considerate propositam, dixit talem historiam, siue parabolam, qua non modo, quis proximus esset, et quod erga eum esset amoris officium, exponebatur, sed etiam ipse legisperitus, de rei ueritate conuictus ad incitas redigebatur adeo, ut nihil excipere posset, sed sibi ipsi sententiam dicere cogebatur. Est autem historia, siue, ut aliis placet, parabola, sequens. Homo quidam, per quem AMBROSIUS, ATHANASIUS, AVGUSTINUS, aliquique mystice intelligunt, Adamum, uel in ADAMO genus humanum, qui ex felicitatis statu, quem per Hierosolyma, in infelicitatis ac miseriae statum, quem per Iericho, intelligant, descendit, arque in latrones, i.e. diabolos, incidens, ab iisque spoliatus, h.e. imagine diuina et immortalitate privatus, atque diuinæ

diuinae gratiae uestimentis exutus, vulneratus, mediante peccato, et semiuuuus, cum spiritualem uitam et liberum arbitrium amiserit, derelictus fuit, nec a sacerdotē, nec a Leuita, i. e. lege Mosaica, tum morali, tum ceremoniali, sed a Samaritano, per quēm Christum intelligunt, qui sanauit eum, et pro eo soluit, cert. siue ut uerba AVGUSTINI contra Pelag. Hypogn. lib. III, fluunt, *Homo iste quidam ipse est genus humanum, descendens ab Hierusalem in Hiericho, i. e. de Paradiso in hunc mundum.* Hierusalem enim Hebraice dicitur, Latine autem uisio pacis interpretatur. Recte ergo in uisione pacis paradisum dicimus. Ante enim quam peccarat homo in uisione pacis erat, b. e. in Paradi-
so, ubi, quicquid uidebat, pax erat et laetitia. Inde descendens, id est, humiliatus et miser factus per peccatum in Hiericho, in mundum uidelicet. Hiericho enim, in qua mundus ponitur, luna interpretatur, *Quia, sicut luna oritur et occidit, ita et mundus, cum in eo orta occidunt, et iterum oriuntur.* Incidit in latrones, i. e. in diabolum et angelos eius. Per inobedientiam enī, ut saepe dicūtum est, primi hominis diabolus humanum genus spoliauit, vulnerauit, morum scilicet ornamenti et bono possibilitatibus liberi arbitrii perdito. (sive imagine diuina perdita et immortalitate.) In illo enim peccante plagam fecit, in nos uero plagas, cum per unum illius peccatum, quod nascentes trahimus, superaddimus multa peccata. *Quid est autem, relicto eo semiuitio abierunt?* Habet enim uitale motum, i. e. liberum arbitrium vulneratum, quod et solum ad aeternam uitam, quam perdiderauit, redire non sufficiebat, et ideo semiuuuus dicitur. Iacebat ergo humanum genus vulneratum in mundo. Sed cur iacebat, dicite? Si per se surgere poterat, uel sanari, nullius indiget adiutorio? Sed iacebat vulneratus, quia vires ei proprie ad surgendum deerant, reliqua, quae uid. apud ipsum Augustinum, l. c. Sed mittamus mysticas interpretationes, et redeamus, unde digressi sumus, ad hominem scilicet illum, qui descendit ab Hierosolymis, quae altius sita erant, ad Iericho, ciuitatem inferius sitam, quam Iosua olim, funditus deletam, diris deuouerat, Ios. VI, 26. Hiel autem de integro, duorum filiorum suorum damno, extruxerat, i Reg. XVI, 34. Vt igitur uia, cum intraque urbs ciuium sacerdotumque copia ac commerciis floreret, inter has urbes erat tritissima, ut recte obseruauit LIGHTFOOTVS, in Hor. Hebr. et Talmud, ad h. l. scribens, *Via, qua nulla in tota terra Israelitica magis trita et frequentata, idque non solum, quod duceret in Peraeam, sed propter magnum commercium inter istas urbes, praesertim uero ob Ephemerias uersantes in Iericibunte aeque, ac Hierosolymis.* Hieros. Taanith, fol. 67, 4, Instituerunt Prophetae priores uiginti quatuor Ephemerias, et pro unaquaque Ephemeria erat classis stationaria Hierosolymis sacerdotum, Leuitarum, et Israelitarum. Tradition. Viginti quatuor millium erat stationarius numerus ex Hierosolymis

mis

27.

28.

29.

3

31.

32. 38.

33. 37.

34. 52.

35.

mis, et dimidia statio ex Hierichunte. Et potuerat Hiericho produxisse totam stationem, nisi quod ueller cedere praeminentiam Hierosolymis, produxit ergo, dimidiā tantum stationem. Hinc uideas, quare, in historica bac parabola, mentio peculiarius fiat sacerdotis et Leuitae bac itinerantium, nempe, quod talium foret frequentissimus inter urbes istas intercursus ob praedictas stationes, sic petros illa erat atque satis periculosa, adeo ut inde statā illīc esset cohors, ut vulgo creditur, salutaria inter Aeliam et Hierichunta, ob auxilium viatorum, apud eundem LIGHTFOOTVM, i. e. utrum uero adeo infamis fuerit illa via latrociniis, ut ideo Adomium, uel Adummim, i. e. locus rubentium propter sanguinem, qui illīc crebro a laironibus funditur, appellatus fuerit, uix HIERONYMVS aliique tradunt, uix credibile uidetur, cum illa uilla, siue locus iste periculosus, quem uocant, iam Iosuae aetate hoc habuerit nomen, uid. Ios. XV, 7. Conf. LIGHTFOOTVS, i. e. BERNHARDVS LAMYVS, Harm. Euang. p. 220, MASIVS in Iosuam p. 254. Quae cum ita sit, non omnino illi culpandi uidentur, qui pro uera historia habuerunt hanc enarrationem Domini, scut nec illos reuicimus, qui in parabolis referunt, quoniam neutra harum sententia menti et intentioni Christi repugnat. Perinde igitur erit, siue parabolice, siue historice, intelligantur ea, quae de homine illo enarrantur, qui obuenit latronibus, siue incidit in latrones, in speluncis petrarum aliquisque latibilis delitescentes, qui etiam, tenebrarum, siue satanae, filii, Io. IIIX, 44, 1 Io. III, 10, seqq. omni misericordia et animo humano exutis, eum exuebant, omne uestimentum, omnem pecuniam, atque alias res, spoliantes truculentii illi, et plagas insoliti homini crudeliter inferentes immisericordes, abierunt, praedam secum auferentes, spolia uero semimortuum, siue morti proximum, existentem derelinquebant, quasi homo, nobilissima illa creatura, nullius pretii esset, quae adeo negligenter et nauci haberri posset.

Kata συγκριτ̄av dē iēsūs -- ἀντιπαρηγλ̄θεν. Casu autem, VULGATVS non male, accidit autem, uertit, prouidenter tamen Numine, sine quo nihil accedit, Exod. XXI, 13, Amos III, 6, Matth. X, 29, 30, sacerdos quidam, aut peracto suo ἐργασίας officio, aut alia negotia exsecutus Hierosolymis, reuertens nūnc descendit in via illa, quae ordinaria ac regia erat, periculissima tamen, ut ex hac calamitate hominis spoliati ac percussi partim miseriā humanam disceret, tum corporalem, tum spiritualem, uid, paulo ante ad u. anteced. notata, partim uero misericordiam et amorem, occasione hac sibi data, erga miserum proximum exhiberet, sed longe alia eius mens erat, nam uidens e longinquo eum hominem sauciatum et exanimatum fere, non misericordia et amore commonebatur, ut decebat eum, tum lege naturali, tum speciali, quod sacerdos esset, et suo exemplo alios docere deberet, sed

sed aut meū, ne in eandem incideret calamitatem, percussum, aut immisericordia et avaritia, ne sumptus sibi in eum conferendi essent, adductus, ex aduerso praeterit, ex via cedens, ut ipse unum, alter alterum, viae latus tenerer, sibique inuicem essent oppositi, ne forte miseri suspiriis, fletu, et lacrymis fletteretur, et commoratus hic aduersi quiequam pataretur, uel quaenam huius rei fuit causa alia. Et quo animo hic erat sacerdos, eodem etiam erat Leuita quidam. Pergit enim Sospitator in narratione.

Ομοίως δὲ καὶ Λευΐτης -- καὶ ἴδων ἀντιπαρηγλαθεν. - Similiter uero et iam aliquis Leuita, de Leuitarem officiis, uid. Num. I, 49, seqq. III, 6, seqq. IX, 6, seqq. et alibi, commoratus, uersatus, circa locum istum, welcher sich in dieser Gegend aufgehalten, quo sensu uerbum γένεδας sumitur, Matth. XXVI, 6, Marc. IX, 33, ueniens huc, et uidens eum iacentem, spoliatum, caesumque, sacerdotis illius similis, pari modo ex aduerso praeterit, nec eum solatio refecit, nec auxilio ei subuenit, licet unus ex populo esset Iudaico, adeoque, ex Iudeorum sententia, uere proximus, et dignus, ut ipsi ambo officia exhibuerint, eumque, ut semetipso, amassent, prout supra legisperitus, u. 28, Leuit. XIX, 18, pronunciauerat recte.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙΣ

- I Errantes, si uel maxime etiam ex superbia, uel hypocrisi, errant, mansueti spiritu sunt edocendi, ac de rei ueritate conuincendi, Matth. XIX, 13, 14, 16, seqq. XXII, 15, seqq. 2 Tim. II, 24, uel exemplis, parabolis, atque historiis, uel ipso uerbo DEI, prout rerum circumstantiae id requirunt.
- II Exitum quidem, qualis sit, peregrinantes norunt, sed non redditum, uariis enim periculis itinera sunt obnoxia, 2 Cor. XI 26, hinc diuinis ea auspiciis sunt instituenda, Iac. IV, 13, seqq. DEI que se commendare debent protectioni, Gen. XXIX, 20, 21, Ps. XCII, 1, seqq.
- III O si latrones expenderent, quod essent imitatores diaboli, eiusque filii, Io. II X, 44, 1 Io. III, 10, seqq. 1 Petr. V, 8, et resipiscerent, ne praeda aliquando fierent latronis infernalis, cuius hac in uita fuere mancipia. 2 Cor. VI, 10, Apoc. XXI, 8.
- IV Quanta saeuitia et immanitas, quae belluarum profecto saeuiam et rabiem longe superant, in proximum scilicet insoltem non irruere tantum, sed etiam eum exuere, spoliare, ei inferre plagas, atque ad mortem usque caesum et sanguine suo tinctum immisericorditer deserere! Quis, eiusmodi belluas, humano enim nomine sunt indigni prorsus, diaboli referre imaginem, negaret, Io. II X, 44, conf. προσοίκη antecedens.

V De-

V Debent quidem sacerdotes ante gregem suum antecedere misericordiae, amoris, beneficentiae, aliarumque virtutum exemplis, *Luc. VI, 36, 1 Tim. IV, 12, 2 Petr. V, 3.* Sed ubinam sunt illi? Plurimi Leuitae illius atque sacerdotis sunt similes. Domini quidem vocem doctrinalem praedicant, *Luc. VI, 36,* sed non faciunt, hinc eius quoque vocem aliquando audient decretoriam, *Matth. VII, 21, 23, XXV, 41, seqq. Luc. XII, 47, Iac. II, 13.*

VI Saepe fieri solet, ut ii, a quibus certissima amoris et misericordiae opera expectamus, nulla faciant. Ne ergo, omne id, quod fuluum est, aut splendescit, aurum esse, credas, multominus fiduciam in externa hominum specie ponas.

VII Animum ne abiicias, si unus uel alter, a quibus auxilium speraueras, te deserat, D E V S osores et inimicos tuos, ut tibi succurrant, et misericordiam praestent, misero, excitare potest.

IX Multi uident quidem proximi calamitates, sed eas aut uidere nolunt, aut se non uidisse, simulant. Profecto immisericordibus illis immisericordiae iudicium expectandum erit, *Iob. VI, 14, Iac. II, 13.*

VERVS 33 - 35

33 Σαμαρείτης δέ τις οδένων ἦλθε κατ' αὐτὸν, καὶ οὗτον αὐτὸν ἐσπλαγχνίσθη.

34 Καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα
αὐτοῦ, ἐπιχειών ἑλαγον καὶ ὄνον. Επιθε-

βάσας δὲ αὐτῷ επὶ τὸ ιδιονκτύος ἥγα-
γεν αὐτὸν εἰς πανδοχῖον, καὶ ἐπειελήφη

35 αὐτοῦ. Καὶ ἐπὶ τὴν ἀυριον ἔξελθὼν, ἐκ-
βαλὼν δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πα-
νδοχεῖ, καὶ ἐπεν ἀυτῷ. Επιμελήθη
αὐτοῦ, καὶ στὶ ἀν προσδιπανήση,
ἔγω, ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαι με, ἀποδε-
σω σοι.

Samaritanus autem aliquis iter faciens uenit ad ipsum, et uidens eum misericordia commotus est. Et accedens alligauit uulnera eius, infundens oleum et unum. Ascendere faciens praeterea eum super suum iumentum duxit eum in diuersorum, et curam habuit ipse. Et postero die abiens, ciciens duos denarios dedit hospiti, et dixit ipsi. Curram habe ipse, et si quid adhuc insumeris, ego, cum reuertar, redam tibi.

Ε Ζ Η Γ Η Σ Ι Σ

Σαμαρείτης δέ τις -- οὗτον ἐσπλαγχνίσθη. Samaritanus autem aliquis, qui uulgo a Iudeis pro inimico habebatur. Erat enim inter Samarianos et Iudeos irreconciliabile odium, hique cumprimis aduersus illos odio flagrabant adeo, ut, si quem uellent exosum reddere, eum Samarianum nuncuparent, conf. *Io. IIX, 48.* Exortum autem erat summum istud qd um ex religionis et doctrinae partim mutatione, partim corruptio-

C

ne.

27.

28.

29.

3

31.

32. 38.

33. 34.

34. 5.

35.

ne. Quemadmodum enim Samaritani recte reiiciebant traditiones Iudaicorum humanas, quas etiam Dominus reliiebat, *Marc.* VII, 7, sic male illi codici sacri maximam partem, solo saltē pentateucho afferuato, respuebant, religioni patriae, ex gentilismo ac Iudaismo mixtae, *2 Reg. XVII, 28, seqq.* addicti. Tantum igitur cum esset odium inter Iudeos et Samaritanos, id que propter illi hos non in proximi numero haberent, Dominus non tantum uidetur hoc exemplo falsum istud praeiudicium confutare, arque docere simul, quod etiam unusquisque homo, si uel pessimus esset inimicus, diligendus sit ut proximus, et in casu necessitatis ipsi succurrendum, *Matth. V, 44, seqq. Rom. XII, 20, conf. Luc. XXIII, 34, Act. VII, 60*, sed etiam hanc ob causam non ἀλλιόιον quendam nominasse, sed Samaritanum, omnium odiosissimum, ut disereret altera ex parte, quanta sint charitatis officia, et quam latissime pateat legis ambitus, quam ille uellet adimplere, eiusque impletione uitam aeternam consequi, altera uero ex parte, quod Iudei, in iisque cumprimis legis doctores, multum iactarent de lege et Seniorum traditionibus, sed neutrū sacerdarent, ut ex exemplo sacerdotis et Leuitae ille colligere poterat, amoris et misericordiae officia negligentium, contra uero Samaritanus noster, neque traditiones Seniorum accipiens, neque legis opera iactans, utrumque fecerit. Hic enim, (Per quem, ut ad uersus ad tecet, monuimus, Christum nonnulli intellectum uolunt mystice, ut enim Samaritanus in latrociniī locum uenit, et spoliati, vulnerati, ac semimortui hominis est misertus, eum sanauit, atque in tuto collocauit, sic etiam Christus ex coelo in hunc mundum uenisse aiunt, in quo generis humani a satana imagine diuina spoliati, peccatis vulnerati, semiuiui, et fere mortui, est misertus, eius uulnera sanauit, ex mortis fauibus eripuit, atque libertati et saluti restituit.) iter faciens uenit etiam ad eum locum, quem ex aduerso præterierant Sacerdos et Leuita et uidens eum plagis ac uulneribus fere confectum, misericordia commotus est intima. Conf. quae de uoce σπλαγχνίζεσθαι emphatica ad u. 2 *Evang. Domin VII post Trinit.* sunt notata.

Καὶ προσελθὼν κατέδησε -- καὶ ἐπεμελήθη αὐτῷ. Et misericordia in miserum flagrans, sponte, non rogatus, accessit ad eum, neque periculum metuens, neque tempori, negotiis destinato, parcens, neque multa inquirens, sed amore plenus erga proximum, auxilio indigenem, alligauit vulnera eius, a latronibus crudeliter inflicta, infundens, siue postquam infuderat, est enim ἐπιχέων Aoristus secundus, et infusio antecedit obligationem, oleum, quod lenit dolores ac sanat, et uirum, quod purificat, tumorem supprimit, ac membra laesa confortat, conf. *Ies. I, 6*, atque inde Iudeis emplastri loco inferuebant, uid. *LIGHTFOOTVS* in *Hortis Hebr.* ac *Talmud.* ad h. l.

Vtrum

Verum uero Iudeorum more miscuerit oleum et uinum Samaritanus, atque inde unguentum, ὄνειλαγον ueteribus dictum, confecerit, aut ipsum unguentum istud secum habuerit, ut Auctor Asceticorum statuit, apud HEINSIVM scribens, Δοθῆσαν δὲ ἡμῖν ιάσεως τὴν χάριν, ἢ διὰ τοῦ ὄνειλαγον, ὡς ἐπὶ τῷ ἔυπεπόντος εἰς τοὺς ληστάς, ἢ διὰ τῶν σύνων, ὡς ἐπὶ τοῦ Εζεκίου ἐν χαρτωῖς ὑποδεχόμεθα, Datam autem nobis sanandi gratiam, aut per ὄνειλαγον, ut cum incidente inter latrones, aut per fucus, ut cum Hiskia factum est, grata mente suscipimus, an seorsim, ut LVCAS BRUGENSIS afferuit, adhibuerit oleum et uinum, quorum hoc lauit prius uulnera et putridum sanguinem absterit, tum constringit uulnera, deinde oleo lenit uulnerum dolorem, et carnem diuisam mollificat, disputatur quidem, nobis autem posterior sententia uiderit uerosimilior, quia οἶνος et ἔλαgoν separatis leguntur, contra uero, si prior sententia uera esset, procul dubio uocem ὄνειλαγον adhibuisset S. Lucas. Sed quaecunque res sit, laudanda sunt Samaritani officia amoris et misericordiae, demirandaque, quod ea non tantum, misericordiae et amoris affectu commotus, fecerat, et ea, quae in suum usum attulerat in itinere, in alterius, ejusque inimici, conuerteret, sed etiam praeterea ascendere faciens, i. e. collocaens, abaque Ebraismo, uid. Vindiciae cit. p. 318. seqq. ipsum, uulneribus fauicarum, ac sanguinis profusione eneruatum, super suum iumentum, quo ipse uetus erat hactenus, nunc uero pedibus iter faciens duxit eum in diuersorium, sive ut VULGATVS habet, in stabulum, quo peregrinantes recipiebantur. Quam interpretationem, praeter GROTIUM aliasque, pluribus ornauit, DANIEL HEINSIVS, ad h. l. scribens, πανδοχεῖον usus interpretatus eruditus dixit, in stabulum, qui et deinde, cum dicitur, ἐν θαλάτῃ δύο ἀνθρώπων τῷ πανδοχεῖ, dedit stabulario, interpretatur. Eruditissimum Stephani Glossarium, stabulum, ἵπποσάσιον, ὄνοσάσιον, πανδοχεῖον Idem, πανδοχεῖον cauponium, diuersorium, πανδοχεῖος diuersoriarius, cauponarius, stabularius. Glossarium N. T. non editum, stabulum dicitur domus illa, quae omnes intrare uolentes suscipit, Graece pandochium dicitur. FVLGENTIVS Epistola ad Venantium, Samaritanus noster nunquam vulneratum ad stabulum misericorditer impositum iumento, perduceret, si aliquid in eo uulnus insanabile iudicaret, nunquam, duobus denariis datis, redditurum se, quicquid supererogaret, stabulario spopondisset, si supererogationem illam non plene sanitati praeconceret profuturam. Neque aliter unquam de parabolā eadem b. HIERONYMVS loquitur. Adversus Ruffinum Apol. III. Siccine te docuit ille Samarites, seminecem ad stabulum reportare, et oleum plagiis infundere, mercedem stabulario promittere? ut et alias, conf. SVICERVUS in Thesauro. Atque in hoc stabulo curam habuit ipsius, tum uulnera ipsius ei plas-

gas purificando, ungendo, et obligando, cum ipsum cibo ac potu reficiendo, et quae id genus sunt alia, donec abiit.

Kαὶ ἐπὶ τὴν ἄυγειν ἐχελθόν -- ἀποδώσω τοι. Et his amoris officijs, quae se inuicem quasi trudebant, (Nam, primo, ad sauciatum illum perueniens misertus est eius, deinde opem ferens ei oleum et unum in ipsius usum convertit, porro vulnera obligauit, tandem eum erigens et super iumentum suum collocans in diuersorium duxit, ibique eius curam habuit.) postremo addit etiam hoc, scilicet, postero die (Graece ἐπὶ τὴν ἄυγειν, Syrus, Λύκος τοῦ Φωτὸς ad auroram diei. Quod, scribente LUDOVICO de

DIEV, idem est. Nam sequens aurora posterum diem facit. Sic et apud Arabes, פַּרְעֹה, quo hic et alibi passim Arabs utitur, significat in aurora et postridie, בָּקָר enim et auroram et posterum diem denotat. Atque his respondere uidetur Graecorum ἄυγειν. Nam et Latinorum aurora, et Graecorum ἄυγειν derivari uidentur, ab ἄυραι aura, uentus leuior, qui mane spirare solet, unde apud Homerum, ἀυρὰ δὲ ψυχρὴ πνέει ἡώθι πρέσ. Inde et ἄγχαυρος diluculum, crepusculum, adeo, ut ἐπὶ τὴν ἄυγειν, si etymologiam spectemus, sit quasi ad matutinum crepusculum, quo aura flare solet.) egrediens ex diuersorio, siue abiens, cum negotia expedienda eum auocarent, et ipse uideret, quod sauciatus in tuto esset, etiensi ex marsupio in mensam, procul dubio, duo denaria, quae, si nostrae monetae rationem habeas, faciunt tres, uel quatuor, grossos, dedit ea hospiti, non debitum contractum soluendo, sed praenumerando, et dixit ipse. Curam babe ipsius pro uirili, et, persuadeas tibi hoc, quodsi, scil. aliquid, uel si quid, uel quodcumque adhuc insumeris, ego, in reuertere me, i. e. cum reuertar, uid. Vindiciae cit. p. 298, seqq. reddam tibi. Omnes enim sumtus in me recipio, quicunque illi sint, modo curam eius habeas, ut pristinae ualerudini restituatur, nec quicquam, quod ei prodesse possit, negligatur. Antequam uero hoc singulare prorsus amoris specimen dimittamus, paucis uidetur notandum, quod, in hoc loco, Pontificii argumentum pro operibus suis supererogationis sibi inuenisse uisi sunt, cum expresse ea confirmetur uoce προσδαπανήσης, si quid supererogaueris. At dudum, praeter alios, responderunt ad hanc loci detorsionem, eorumque tenebras eidem offusas, dispulerunt b. BACKIVS, in Exposit. Euang. P. III, p. 386, seq. et NICOLAVS ARNOLDVS in Luce in tenebris, scribentes, Hoc est contra contextum. Nam I) προσδαπανήσης male reddit Versio antiqua, supererogaueris, pro impenderis, uel insumeris, ut ipse Arias Montanus correxit, et contra Scripturam, quae omnia Sanctorum opera expresse dicit debita, Luc. XVII, 10. Si autem debita sint, (quemadmodum amoris opera erga proximum sunt debita, debe,

debemus enim ea facere, *Leuit. XIX, 18, Matth. XXII, 39, Luc. X, 27.*) quomo-
do supererogationis erunt? 2) Si ita, si quid supererogaueris, tum is non erit
sensus, si quid supererogaueris D E O, sed aegroto. Monachi ergo habent
opera superarrogationis, ratione D E I, sed non supererogationis. 3) Quid
hic est supererogare ex mente Pontificia? Si doctores, inquiunt, uerbum D E I
non tantum strenue doceant, sed et commentariis illustrent, imo si auditores ad
perfectionem pertrahant, eisque commendent uirginitatem, paupertatem, casti-
tatem, illi, inquiunt, exponunt aliquid supra, quam acceperunt. At uero equi-
dem uerum est, doctores, qui ad iustitiam erudierunt multos, falsuros, sicut
splendor firmamenti, *Dan. XII.* Attamen, commentarios, lectiones, aliasque
doctorum meditationes opera supererogationis esse, hoc falsum est. Supra enim
et extra scripturam pii doctores nihil addunt, nec addere audent, *Deut. IV, et*
XII. Et qui doctores possint aliquid addere supra, quam acceperunt? *Vtique*
ipssis etiam dicitur, quid habes homo, quod non accepisti? *i Cor. IV, 7.* *Quae*
de uirginitate, et ceteris attexit, somnia sunt.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙΣ

I Quemadmodum saepe fit, ut illi, qui alii religioni sunt addicti, plura nobis
amoris ac misericordiae exhibeant opera, quam qui nobiscum eandem pro-
fitentur religionem, ita amor ac misericordia miseri preces non expectant,
sed ultro ad succurrendum properant,

II Bono siq animo, afflkte, licet populares, saepe etiam necessarii, te deserant,
Iob. VI, 15, DEVS tamen te non deseret, *Pf. XCI, 15, Ies. XLIII, 2,*
Ebr. XIII, 5, sed praeter omnem spem atque expectationem seruatorem
mittet tibi, *i Reg. XVII, 3, seqq. XIX, 4, seqq. 2 Reg. IV, 1, seqq.* *Ies. LIX, 1.*

III Misericordia non tantum uerbis solatur, *Iac. II, 15, 16, sed re ipsa quo-*
que opem fert proximo misero, nulla uerens pericula, nulla curans re-
rum suarum damna.

IV Ut diuersoria in bene constitutis rebus publicis summae sunt necessitatis,
sic eo allaborare decet magistratus, ut peregrinantur sint receptacula,
quietis ac pacis domus, non latronum speluncae, non scortorum latibula,
non potandi commessandique loca, ne DEVS ad iram prouocetur,
i Cor. X, 7, 8,

V Verus amor in iuuando proximo non languescit, sed beneficia beneficiis
cumulat, nec, quae sua, sed quae proximi sunt, quaerit, *i Cor. XIII, 5,*
Phil. II, 4 Fac idem, qui amorem iactas D E I, *i Iob. IV, 19, 20.*

VI Illi sunt boni dispensatores bonorum, sibi a DEO concreditorum, qui egenis atque afflictis opem ferunt. DEO illa dant mutua, quae ab eo acceperunt donata, qui ea largissime compensabit, Gal. VI, 9, 10.

VII Verus amor non tantum proximum curat praeiens, sed etiam ipso de futuro prospicit absens, ne pereat, Matth. XV, 32.

IX Cum amoris opera, quae a uera fide profiscuntur, tanti sine ualoris, ut Christus, in extremo iudicio, ea collaudaturus sit, quasi sibi exhibita, Matth. XXV, 35, 36, quis dubitaret succurrere afflictis? conf. paulo ante πρεσβοτ. VI.

VERVS 36 ET 37

36 Τις δὲ τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πληγεῖν γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τὸ

37 λύσας; Οὐ δέ εἶπεν Ὁ ποιῶσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ Εἶπεν δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησος. Πο-

ρεύου, καὶ σὺ ποιεῖ οὐδεῶς.

Quis igitur horum trium uidetur tibi proximus fuisse incidentis inter latrones? Hic autem dixit. Faciens misericordiam erga ipsum. Dixit igitur ei Iesus. Vade, et tu fac similiter.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Tις δὲ τούτων τῶν τριῶν -- εἰς τοὺς λησάς; Quis igitur horum trium, scil. Sacerdotis, Leuitae, et Samaritani, quorum illas pro hominibus piis ac sanctis, hunc pro impuro et inimico, habebis, uidetur tibi, tecum expende, quid sentiendum sit iuxta ueritatis regulam, non iuxta auctoritatis praeiudicium, proximus fuisse eius, siue proximi officium impleuisse erga eum, qui incidit inter latrones, et ope proximi uel maxime indiguit. Hac ergo ratione constrinxit legis peritum Dominus, ut uel inuitus profiteretur ueritatem, quod inimicus etiam sit proximus, siue quilibet homo, quicunque ille sit, ab Adamo descendens, ut AVGVSTINVS in Ps. XXV, scribit recte, inquiens, Proximus tuus ille est, qui tecum natus est ex Adam et Eva, omnes proximi sumus conditione terrenae nativitatis, sed aliter fratres illa spe coelestis haereditatis. Proximum tuum debes putare omnem hominem, et antequam sit Christianus, non enim nosti, quid sit apud DEV M, quomodo illum praescinerit DEV S, ignoras. Aliquando, quem irrides adorantem lapides, convertitur et adorat DEV M, fortasse religiosus, quam tu, qui eum paulo ante irridebas. Sunt proximi nostri latentes in his omnibus, qui nondum sunt in Ecclesia, et sunt longe a nobis latentes in Ecclesia. Atque haec omnia, legisperitum, Samaritanos, a sacris alienos, despicientem et odio prosequentem, edocturus, hanc parabolam, siue historiam, adeo scire et prudenter proposuit Dominus, ut effugere ille non posset, sed ueritatem, inuitus licet, profiteri oporteret, ut uersus sequens docet.

• δέ

O δὲ εἶπεν -- Πορέως, καὶ σὺ πότες οὐδείς. Ille autem legisperitus, de
ueritate conuictus, quod quilibet homo sit proximus, dixit, siue respondit.
Iste, qui fecit misericordiam erga ipsum. Ut μετὰ hoc loco erga denotat, uid. si-
miles loci, Luc. I, 58, 72, sic eleganter commentatus est GROTIUS in haec
uerba, scribens, Admirabilis prudentia usus est Christus, ut uerum inuito extor-
queret. Si de Samarita vulnerato Christus narrationem proposuisset, forte dixis-
set legisperitus, negligendum fuisse hominem impurum et a sacris alienum. At
beneficium collatum in Hierosolymitam, tam graui casu afflictum, non potuit
non laudare. Ac hoc ambitu cogitur fateri, quod directe uidebatur negaturus.
Nam proximus, amicus, cognatus sunt τῶν πρὸς τι. Quare, si Samarites ille
recte fecit, cum opem tulit Iudeo, certe et Iudeus recte faciet, si in casu simili
opem ferat Samaritae. Nam par utrinque est naturae uinculum, quo uno Samari-
tes, et quidem, iudice legisperito, laudabiliter mouebatur. Mutuae sunt istius-
modi obligationes, non claudicant. Merito igitur Christus pro collecto habet, si
ius perpetuum, naturale, omnibus hominibus commune respiciatur, quod lege ci-
vili Hebraeorum minime est antiquatum, imo, quo lex ipsa Hebraeos quasi manu-
ducit, neminem hominum a nobis alienum esse censem, qui aliquid a nobis opis
sentire possit. Hanc igitur ueritatem cum cognouisset legisperitus non tan-
tum, sed etiam professus esset, dixit ei Iesus, admonendo, ut eandem in usum
suum conuerteret, nec tantum cognosceret, sed etiam faceret, Iac. I, 22. Va-
de et tu, fac similiter legem, siue, ut alii uertunt, agendum, etiam tu fac ea-
dem, sensus idem est, prior tamen conuenientior uidentur dictioni Graecae.
Interim recte obseruauit GROTIUS, quod πορέων hic abhortantis sit, ut πο-
ρεύθετε, Matth. IX, 13. Imitare, inquit Christus, non Sacerdotem et Leuitam,
sed illum Samariten, et, quod illum uoluisti praefastare Iudeo, praesta Iudeus
extraneo. Imo, si res ita ferat, etiam Samaritae. Immutabilia enim sunt na-
turae iura. De DEO dictu facile, eum a te amari, sed ni hominem alterum,
DEI effigiem, iuves, manifesti mendacis reprehenderis. Nam, qui commendan-
tem amat, et commendatos, i Io. IV, 20. Cum uero legisperitus noster operibus
legis uitam aeternam consequi uellet, ut supra uersu 25 dixerat, nec tamen
ea faceret amoris opera, quae lex praecepit, quaeque hic Samarites fe-
cerat, facile ille colligere poterat, se legis operibus, quae nunquam perfecte,
nec tanta quidem, quanta impurus Samarites, fecerat, uitam aeternam con-
sequi posse, atque ideo, ut hoc Dominus legisperito incularet, dicit ad eum,
Vade, et fac similiter legem, si saluus fieri lege uolueris. Dilige proximum,
sicut te ipsum, et DEVM supra omnia, iuxta ue:sum 27.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Veritas non metuit ab osore uel aduersario, quoque sententiam exigere.
Certa enim est, quod sibi tandem omne falsum cedere cogatur.

II Omni-

27.

28.

29.

3

31.


32. 38.

33.37

34.5.

35.

- II** Omnia probatissimum aliquem de ueritate conuincendi et mentem aliquius explorandi methodum esse, quae sit per quaestione et responsione, atque in iudiciis cum maxime, in scholis, in examinibus, cert. locum obtinet, ipse comprobat Dominus suo exemplo, *Mattb. XXI, 24, seqq.* *XXII, 42, seqq.* *Luc. II, 46, IX, 18, seqq.* *Io. VI, 5, seqq.* *67, seqq.* Hinc retinenda illa atque commendanda est, non temere deserenda.
- III** Quam magna est ueritatis uis, ut etiam hypocritas cogat profiteri ueritatem. Veritatis ergo, licet nonnunquam odium patiat, *Io. IIIX, 40, 45,* *XIIX, 38,* esto amans, tandem illa triumphat.
- IV** Misericordiae opera ut diuinitus sunt demandata, *Luc. VI, 36,* et facile in oculos incurruunt, sic ueri amoris erga DEVUM et proximum sunt documenta, *i. Io. IV, 11, 19, seqq.*
- V** Nostre virtutes Christianas non sufficit, sed facienda quoque sunt, *Iac. I, 22, seqq.* Quae scribæ sunt dieta, nostrum quoque cuiilibet sunt dieta, *Vade,* *et fac similiter.*
- VI** Tum impii, tum pii, sunt auditoribus proponendi, illi, ut fugiant eorum opera, *i. Cor. X, 6, seqq.* hi uero, ut ipsorum fidem, fideique opera imitentur, *Ebr. XI, 4, seqq.* *XIII, 7.*
- VII** Ut opera sine fide DEO non placent, *Ebr. XI, 6,* sic fides est omnium uitatum, sigillatimque amoris, fons, ac per hunc operatur, *Gal. V, 6,* *2. Petr. I, 5, seqq.*



CAPUT

C A P U T II

Q V O

EVANG. DOMIN. XIV POST TRINITATIS

LVC. XVII, 11 - 19, EXTANS

ILLVSTRATVR

VERSVS II ET 12.

11 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ πορένεθαι ἀυτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ ἀυτὸς δίηρχετο διὰ
12 μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας. Καὶ εἰσερχομένου ἀυτοῦ εἰς τὴν κώμην,
ἀπήντησαν ἀυτῷ δέκα λεπροὶ αὐδρες, οἵ
ἐστησαν πόρρωθεν.

Et factum est, cum proficisceretur Hierosolyma, ut ipse transiret per medium Samariae et Galilaeae. Ingrediente autem eo in vicum quendam, occurrerunt ei decem leprosi viri, qui stabant e longinquo.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Καὶ ἐγένετο -- καὶ Γαλιλαῖας. Et, posthaec, uid. *Vindic.* p. 162. §. XII, et p. 164. §. XIV, factum est, uid. de hac phrasi *Vindic.* p. 291, seqq. paucilo ante ultimum illud pascha, quo Iesus, pro genere humano satisfaciens, in ara crucis, sanguine suo, lepram illius emundauit, *Mattb.* XXVI, 28, *Act.* XX, 28, 1 *Io.* I, 7, *Apoc.* I, 5, in proficiisci eum, i. e. cum proficisceretur, uid. *Vindic.* p. 298, seqq. ex Galilaea, *Mattb.* XIX, 1, *Hierosolyma*, ultima uice, eoque fine, ut ibi opus redēmptionis, de quo toties V. T. Prophetae uaticinati erant, *Pf.* XXII, 3, seqq. LXIX, 2, seqq. *Ief.* L, 6, LIII, 4, seqq. oct. perficeret, et, i. e. ut, uid. *Vindic.* p. 164, §. XIII, ipse transiret per medium Samariae et Galilaeae, adeoque per ambages, ut nonnulli statuerunt interpretes, in iisque b. BACKIUS, i. e. p. 392, scribens, Describitur hic iter ualde anfractuosum, non enim recta linea Capernaumo Hierosolymam iam contendit Dominus, sed per circuitum, Capernaumo relicto, adit Samariam uersus ortum, inde Galilaeam uisitat uersus occasum, tandem relictis Galilaeis petit Hierosolymam uersus meridiem. Quid tibi hic uidetur? Iacobus Patriarcha summo tenetur desiderio uidere Iosephum, ante quam moriatur, *Gen.* XLV, 28. Imo quoties accidit, ut parentes cum ominoso quadam praesagio morti se uicinos sentiunt, summopere gestiant liberos suos hinc inde dispersos, ante obitum semel adhuc iniurere, quo postmodum eo tranquillus hinc emigrent, sic et Christus, morti iam uicinus, uisitat Ecclesias hactenus abs se plantatas, adit iam Capernaitas, iam Samaritanos, iam Galilaeos, iam Hierosolymitanos, in eoque totus est sub uitae finem, ut filios DEI hinc inde dispersos congregate in unum, sed non satis accurata haec uideatur

D

27.

28.

29.

3

31.

32. 38.

33. 37.

34. 5.

35.

tur sententia LUDOVICO DE DIEV, scribenti ad h. l. *Syrus inter Samaritanos et Galilaeam, uertit.* Unde uidere est, quomodo *Syrus acceperit illud διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας, non quod per medios fines Samariae, et per medios fines Galilaeae fuerit, sed quod μεταξύ, inter Samariam et Galilaeam profectus sit, Samaria ad dextram Galilaea ad sinistram relictis.* Eodem modo Arabi, inter Samariam et Galilaeam. Intelligitur הַגְּלִילָה הַקְּרָטֹן חַנְכָּה Galilaea orientalis, quae a mari Galilaeae, sive lacu Genesareth, circa ripas Iordanis dicebat ad tribum Ephraim, in cuius medio sita erat Samaria. Non posse autem uerti Syrum per Samaritanos in Galilaeam, liquet, quia hoc fuisse arbitrio a Ierusalem, non eo proficiunt. Samaria enim inter Galilaeam et Iudeam interiacebat. Sensus ergo est, Christum, quem in Galilaea esset, contendisse Hierosolymam, itinere facto inter Samariam et eam orientalis Galilaeae partem, quae Samariae contermina est. Atque inde simul constare arbitror, non omnino recte, διὰ μέσου τῆς Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας, a Vulgata et Beza uerti per medium Samariam et Galilaeam, sed uertendum potius κατά πόδα, per medium Samariae et Galilaeae, id est, per locum inter Samariam et Galilaeam medium, conf. BERNARDI LAMYII Apparatus Geograph. cap. XII, p. 311, et Commentar. in Harmoniam Euang. ad h. l. Atque haec posterior sententia nobis uidetur uero simili priori, quoniam S. Matthæus cap. XIX, 1, ac S. Marcus, cap. X, 1, expresse dicunt, Dominum migrasse a Galilaea, scilicet septentrionali, et uenisse in confinia Iudeae trans Iordanem, nec dubium forte est, quod circa Bethabaram, trajecto Iordanem, ipsam Iudeam ingressus fuerit, ex qua regione deinceps ad urbem Iericho, Luc. XVIII, 35, profectus est. Antequam uero hac ueniret, necesse erat, ut per planitiem illam, quam IOSEPHVS Magnum Campum uocat, quae a dextra habebat Samariam, a sinistra uero Galilaeam orientalem. Atque hoc modo utique Dominus iuit per medium Samariae et Galilaeae, id est, inter Samariam et Galilaeam, nisi malis locutionem per medium Samariae et Galilaeae accipere de termino ad quem, qui erant Hierosolyma, quorum respectu proximior locus, quierat Samaria, primo, remotior autem, Galilaea scilicet, locus, secundo, loco ponitur. Similem dicendi rationem u. i Euang. Domin. Aduent I reperimus, ut sensus sit. Et factum est, postquam Iesusex Capernaum, Matth. XVII, 24, et Galilaea egressus, Matth. XIX, 1, per quam, et deinceps per Samariam, iuerat, Luc. XVII, 11, ut ueniret in confinia regionis Iudaicas, trans Iordanem, Matth. XIX, 2, et cum ibi adueniret ad uicum quendam, sive, ut S. Lucae verba sunt,

Καὶ εἰσέρχομένου αὐτοῦ -- ἦ ἐνταῦ πόρρωθεν. Et cum adueniret, sive, cum ingressurus esset ipse in uicum quendam, cuius nomen expressum non est, ante illum, in ipsum uicum enim leprosis ingredi non licebat, ut

ex

ex Leuit. XIII, 46, Num. V, 2, 3, 2 Reg. XV, 5, et Iosepho in Vita Mosis, τοὺς δὲ λεπροὺς εἰς τὸ παντελές ἐξήλασε τὴν πόλεων, intelligitur, occurserunt ipsi; aut fortuito, aliunde uenientes, aut, quia domicilia sua habebant ibi, decem leprosi, quos eadem morbi similis miseria coniunxerat, qui steterunt e longinquuo, prout lege sanctum erat, ne contagio nocerent sanis. Erat enim lepra morbus omnium uehementissimus, contagiosus, et in populo DEI insanabilis, quae LVCRETIO aliisque elephantiasis, aliis utiligo, aliis morbus S. Lazari, aliis Satyriasis, aliis cancer torius corporis, aliis alio nomine aliter, dicitur. HERODOTVS uero lepram, in Clio, περὶ λεύκην interpretatur, quam SENECA, Natur. Quaest. Quaest. III. Foedam ex albo cutis uarietatem appellat, reliqua. Quo incertiores igitur sunt Medici et Physici in exprimendo hoc morbi genere, eo certius viderur, eum ab elephantiasi Graecorum, aliisque scabiei generibus, omnino esse distinguendum. His enim aliisque gentibus lepra, sive elephantiasis, denotat scabiem siccām, sive impetiginem excoriatiūm, quae curi accedit, aspera, uehemens, et facit squammas, pīscium squamarum instar cum pruritu, adeoque haec lepra solam cutem afficit, qua excoriata, caro subiecta appetet sana. Lepra uero, quae Iudeis immittiebatur, in toto corpore, cancri instar, saeuebat, siquidem cutis initio siebat tumida, seabra, ruberosa, et inaequalis, labia siebant crassa, nasusque rūmet, atque ideo depressoſus appetet, aures tabescunt, maxillæ rubore profunduntur, in fronte hinc inde tumores, quasi quedam cornua apparet. Deinde totum corpus affligitur hoc malo ita, ut ossa quoque uitientur, corpus emarcescat, rubor nigrescat, os, surae, pedes intumescant, uox rauclona, digitus in manibus pedibusque sub tumore conduntur, febricula oritur, quae tandem hominem, tōt mālis obrutum, et putredine confectum, consumit. Vid. BLANCKARDVS in Lexico Med. ad uoces Elephantiasis et Lepra. Cum itaque lepra infecti uiua uiderentur esse cādauera contagiosa, Num. XII, 12, ab omni hominum illi consortio familiari ac propiori alloquio remouebantur, ideoque Mosis tempore extra castra, posthaec uero in terra Canaan extra ciuitates habitare iubebantur, et quodsi obuiam uenirent cuidam casu, tenebantur exclamare, voce licet rauca, ego sum immundus. Quemadmodum igitur lepra erat summa calamitas, qua DEVS faspe corpus, poena loco, castigabat, ut Miriam propter rebellem altercandi Hibidinem Num. XII, 1, 2, 8, Gebasi ob mentiendi et auaritiae malitiā, 2 Reg. V, 22, 27, Vfz, ob suffiendi conatum, 2 Chron. XXVI, 16, seqq. sic, eadem adumbrari peccati naturam et conditionem, recte docet b. CHEMNITIVS Harm. Euang. c. LII, p. 524, b. scribens, Primo igitur leprae metaphorā peccati deformitas.

D 2

miri.

27.

28.

29.

3

31.

32. 38.

33. 37.

34. 5.

35.

mirifice ob oculos ponitur, a quo non minus, quam ab edacissima lepra, abhorrere debemus. Nam primo constat, inter omnes morbos lepram esse morbum facile omnium maximum. Epilepsia, paralysia, pestis, reuera sunt morbi magni. Veruntamen, aut non sunt perpetui, nec diurni, aut homo non segregatur propter eos. Sed lepra perpetuo durat, est incurabilis, morbus contagiosus, atque tantopere abominabilis, ut propter eum homo a reliquorum consortio excludatur. Ita peccatum inter omnia mala existimare debemus malum maximum. Paupertas, carcera, morbi, mors, quoque sunt mala, sed talia, a quibus homo uel liberari potest, uel certe sunt ei finis malorum. Peccatum autem ab initio ad finem usque durat, omniaque reliqua mala habet sibi adiuncta, eorumque fons et origo existit. Ideoque non leuiter aestimemus, ut uulnus hominum solet, sed, ut reuera est, infinitum aliquid malum esse, statuamus, cuius odio nunciam sufficenter flagrare queamus. II) Lepra est maxime deformis. Febris, phtisis, morbilli, uariolae hominem quoque corruptum et deformem reddit, ita, ut quo natura antea fuit uenustior, eo redditur postea per morbos illos deformior. Sed lepra magis hominem deformat, ita ut os ueste contectum gestare iubeatur, Leuit. XIII, 45. Ita peccatum spiritualiter coram D^O hominem adeo deformem reddit, ut nullum monstrum, nullumque cadauer fingi queant, quod eo sit turpius. Erat sane homo omnium creaturarum pulcherrimus, insignitus imagine D^{EI}. At iam propter peccatum horribilis est diaboli larua, mente, uoluntate, et corde corrupta, atque a D^O auersa, ut et ipse homo D^O sit abominabilis, Prou. XIV, 1, et omnia ipsius opera, peccato infecta, eidem sint θδιλύματα, Ies. I, 13. III) Lepra est maxime contagiosa, unde ea infecta communi hominum contubernio arcentur. Ita peccatum adeo facile alios inuadit, ut nulla pestis tantopere aerem inficere possit. Nam ut ligna arida, igni admota, cito flamnam concipiunt, sic homines, ob naturae corruptionem, aliorum improborum exemplis, facile impelluntur, ut secure eadem committere audeant. Hac de causa peccatum fermento confertur, I Cor. V, 6, quia facile totam massam inficit. Unus impurus doctor infinitos perdere potest. Unus blasphemus multos corrumpere, unus inobediens multos rebelles reddere potest. Et optandum esset, eiusmodi peccatores secludi e contubernio aliorum. Sed prob dolor! totus mundus in malo positus est, 1 Io. V, 19, nec quicquam aliud est, quam collegium leprosorum. IV) Halitus quoque leprosorum odore est molestissimus. Neque enim aliter fieri potest, quia omnes humores in ipsis sunt uitiati. Idem euenit eorum mentibus, qui peccatorum uitiis sunt infecti, licet nos ob consuetudinem foetorem illum non odoremus. D^O certe hic foetor molestus est. Unde conqueritur, Ps. V, 11. Sepulchrum patens est guttur eorum. Sicut enim ex sepulchro, in quo putrida cadauera iacent, immanis foetor exhalat, ita ex homine,

mine, in quo anima ob peccatum mortua est, nil nisi graueolentia prodit. Optime D E V S, quantum foetorem quotidie excipere et tolerare cogeris. Alii ex hoc tumulo oris, nil nisi lasciviae uerba, alii nil, nisi blasphemias, alii mera mendacia eructant, uid. Matth. XV, 19. Ecco, quania malorum lerna ex spirituali hac lepra prodeat! Sed nondum omnium malorum finis. Nam V) notum est, quod lepra hominem in uiuum cadauer uertat, mutilat aures, erodit oculos, narres, pedes, omnem denique sensum aufert, conf. Num. XII, 12. Ita quoque peccatum, si assiduitate in consuetudinem abeat, omnem spiritualem sensum homini aufert. Aures eripit, ut nec mandatis D E I obtemperent, nec minus eius cu- rent. Oculos excoecat, ut nec magnitudinem suae miseriae, nec periculum mor- tis imminentis, nec diuini iudicii acrimoniam cernant. Denique nec manus ha- bent, quibus bene operentur, nec pedes, quibus currant uiam mandatorum Domini.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

- I Dominus Hierosolymas ascendens, ut pro genere humano moreretur, nos docuit suo exemplo, Matth. XX, 18, 19, quod nos quoque forti animo morti obuiam ire, et ad coelestes Hierosolymas, in quibus thesaurus noster, gau- dentes tendere deceat, Matth. VI, 21, XXV, 23, Phil. I, 21, 23, 2 Tim. IV, 7, 8, Ebr. XII, 22 - 24.
- II Dum in uia, quae ad Hierosolymas coelestes ducit, sumus, in proxi-
mum, iuxta exemplum Christi, beneficia, quoad uiuimus, conferamus, iis-
que fidem nostram coram ostendamus, quibus Dominus glorificatus etiam
nos glorificabit, Matth. V, 16, XXV, 23, 34, seqq. Gal. VI, 9, 10.
- III Cum D E V S calamitates immittit, non obmurmuremus ei, nec receda-
mus ab eo, sed accedamus ad eum, precantes, ut nos iis liberet, Ps. L,
15, Ies. XXXIX, 2, 3, 17, Matth. XI, 28, Hebr. IV, 16, XII, 4, 5, seqq.
- IV Vbiique locorum, quocunque te uertas, inueniuntur miseri. Tuum
ergo esse memento, ut eos, altera ex parte, si potueris, iuues, iuxta προσοικ.
II, altera uero ex parte D E V M glorifices, quod miser talis non sis, eum-
que implores; ut ab omni miseria te sartum tecumque seruer imposta-
rum quoque.
- V Discas peccator naturae et imaginis tuae conditionem ex leprosorum for-
ma, uid. Ἑγγ. II, 12, qualis sis, enque contendas, ut sanguine Christi hac
lepra peccatorum mundus sis, 1 Cor. VI, 9, seqq. 1 Io I, 7, Apoc. I, 5.
- VI Quanta miseria humana! Quot homines, tot eius sunt testes, Eccles. XL,
1, seqq. nemo eximendas est, nonnulli tamen grauioribus aguntur cala-
mitatibus ac morbis. Exod. I, 11, seqq. Num. XII, 3, Tob. II, 7, seqq. VI, 2, 3,
Ies XXXIX, 1, Thren. I, 12, IV, 10, Tob V, u, Luc. XVI, 20, 21, nonnulli leuioribus.

D 3

VII Vc

27.

28.

29.

3

31.

32. 38.

33. 37.

34. 5.

35.

VII Ut morbis aliquis afflictionibus ad D E V M homines trahuntur atque patente castigantur, Ies. XXVI, 16, Hebr. XII, 5, seqq. sic patienter quoque eos decet ferre, ac precibus D E V M inuocare, quo liberentur, Ps. L, 15, CXIX, 5, Prou. III, 11, Ies. XXXIX, 2, Ier. XIV, 7, 8, Thren. III, 22 - 26, Hebr. XI, 35; 36, XII, 1, seqq.

IX Lepra quidem corporis omnium morborum est foedissima et uehementissima, animae autem lepra longe tristior est, ac foeditate illum multum superat, uid. ἐξηγησις uers. 12, conf. Ies. I, 6, 7, Ier. XV, 18, XXX, 12, et paulo ante πρόσον. V.

X Quamuis peccatores in oculis D E I foeteant et abominabiles sint, tamen, si uera poenitentia ad eum accesserint, eos admittere et sanare uult, Ier. III, 12, 13, XIV, 19, seqq. XXX, 17, XXXIII, 6, 8, Matth. XI, 28, Io. VI, 37.

XI Quamuis liceat eos, qui contagiosis afflicti sunt morbis, segregare, tamen deserere eos, et omni ope destitutos negligere non decet, Matth. VII, 12, XXII, 39.

VERSVS 13 ET 14

13 Καὶ ἀυτοὶ ἦραν Φωνὴν, λέγοντες· Ἰησοῦ
14 ἐπισάται ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ ἰδὼν ἔφεν
ἀυτοῖς· Πορευθέντες ἐπιδείξατε ἐαυτοὺς
τοῖς ἑρεῦσι. Καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ ὥπα-
γειν αὐτούς, ἐκαθεισθήσαντο.

Et ipsi eleuauunt uocem, dicentes. Iesu magister miserere nostri. Et uidens dixit ipsis. Enites ostendite uos sacerdotibus. Et factum est, cum abi- rent ipsi, mundati sunt.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Καὶ αὐτοὶ ἦραν Φωνὴν -- ἐλέησον ἡμᾶς. Et ipsi leprosi, postquam paulo propius aduenierant ad Iesum, ut eos audire posset clamantes, eleuauunt uocem raucisonam, pro uirili et coniunctis uiribus. Quae locutio, non Ebraeorum more redundant, sed conatum, et eleuata uoce eos allocutos esse Iesum, notat. uid. Vindiciae N. T. p. 358. siue ut Bernwardus ad h. l. habet, magnum clamorem. Clamorem enim magnum magnitudo necessitatis extorquebat, in D E I enim uiribus uehementis affectus est clamor magnus. E regione autem intentio remissa est uox submissa, dicentes ex imo pectore, Ps. CXXX, 1, 2. Iesu, Ma- gister, Domine, qui omnibus rebus praeceps ac omnipotenter imperans gu- bernas omnia, uid. de uoce ἐπισάτης, quae ad u. 5 Euang. Domin. V post Tri- nitat. sunt annotata, Iesu Magister, qui tot edidisti omnipotentiae tuae spe- cimina, et, quod uerus sis medicus Israelis, Exod. XV, 26, toties ostendisti, praesto nobis quoque sis, medere nostro morbo calamitosissimo, miserere no- strum,

ſtrum, ſicut pater filiorum fuorum, *Ps. CIII*, 13, et aufer a nobis hanc foediffi-
mam calamitatem, qua ſumus, ſicut mortui, *Num. XII*, 12, *Iesu, Magiſter,*
miferere noſtrum. Breue quidem precandi exemplum, conf. *Luc. XIIIX*, 13,
ſive, ut *CHRYSTOMVS*, Hom. 79, de Oratione, loquitur, *breue uerbum,*
ſed magnum confeſſionis pelagus. Nam prima fatentur et credunt, quod
Iesuſ fit Seruator, qui animam et corpus ſeruare queat, prout nomen
ipſius indicet, Ies. XXXV, 4, 5, Matth. I, 21, XI, 5; ideoque eum *Iesum ap-*
pellant. Deinde fatentur et credunt, quod *Iesuſ etiam pro omnipotentiā*
ſua, uerbo iuuare poſſit. Matth. IIIX, 8; ideoque enim uocant eum *επιτι-*
την, magiſtrum ſaluationum, iuxta Ies. LXIII, 1. Denique fiduciam in ſola
ipſius colloqant misericordia, quod miserturus ſit, ideoque ad eam conſu-
giunt, clamantes, *miferere noſtrum, non ſuam urgenteſ iuſtitiam, non fan-*
ctorum interceſſiones, ſed ad ſolam miſericordiam Christi prouocanteſ, Ies.
LXIII, 16, LXIV, 6, Thren. III, 22, 23, Dan. IX, 28, 29, quae omnium bonorum
complexus eſt dicenda, ſive, ut *CHRYSTOMVS*, modo laudatus, ſcribit,
i. e. inquiens, *Abyſſus miſeriae abyſſum inuocat miſericordiae, ubi autem miſe-*
ricordia eſt, ibi omnia ſunt bona.

Kai idw είπεν αὐτοῖς - - εἴη ἡ ἀληθινός αὐτοῦ. Cum autem uidetur Iesu le-
proſos miſeros, non nudos, ſed miſericordiae et gratiae, oculos conuertebat
in eos, prout rogauerant ipſi, atque hinc ad iuuandum paratus non tetigit
eos, ut illum, de quo *Matth. IIIX, 3, ſed dixit, eo fine, ut mundi fierent,*
Domini enim uias, modi, et media iuuandi ſunt uaria, nec dubium eſt, quin
ipſo momento eo, quo dixit, ſenſerint auxilium, Ps. XXXIII, 9, Abeunteſ
oſtendite uos ſacerdotibus. Ad quae uerba recte *GROTIUS*, *Quo dicto tacite*
pollicebatur, sanitatem in itinere obuienturam, neque enim oſtendebantur ſacer-
doti, niſi, ut aut de morbo cognoveret, de quo hic ſatis conſtabat, aut, ut reſi-
tutam ualeitudinem pronunciaret. Eſt autem hic τοῦ λέγεντοῦ dictum pro ταῖς
τῶν λέγεσι. Vide, quae ad *Matth. IIIX, 4.* (Sed tamen uidetur, quia hic plu-
res leproſi erant, plures etiam ſacerdoṭes ad morbum diuindicandum aduo-
catoſ fuiffe.) Simul notandum eſt, quod non praetermisit *Tertullianus*, Chri-
ſtum hoc facto cauam Iudeorū aduersus Samaritas in controuerſia templi
probaffe. Non enim ad Gārizitanos, ſed ad Hierosolymitanos ſacerdoṭes Samari-
tam ſimul cum Indacis relegat. Quibus cauis, cur Sospitator optimus le-
proſos ad ſacerdoṭes remiſerit, addunt ſequentes, *TERTULLIANVS*, ut obe-
dientiam erga legem commendaret, uid. *lib. IV, qu. 35,* aduersus Marcionitas
AVGVSTINVS, ut amicus, non inimicus, legiſ appareret, *EPIPHANIVS*,
ut teſtareetur, ſe non ad deſtruendam, ſed implendam legem ueniffe, *CY-
PRIANVS*, ut honorem ministerio ſeruaret, licet ſciret, quod ſacrilegi eſ-
ſent,

27.

28.

29.

3

31.

32. 38.

33. 37.

34. 5.

35.

sent, et denique, ut sciret populus, sanos eos esse, et cum iis conversari nunc licere. Ex quibus simul intelligitur, quod ministri Ecclesiae, licet donis sanctificantibus ob impietatem uitae, non tamen donis ministrantibus, ob ueritatem doctrinae, sint destituti, quorum intuitu D E V S quoque sacerdotes impios Santos tecisque conseruabat, quo minus eos lepra, licet contagiosus morbus esset, inficeret, quando leprosos inspiciebant. Hinc nec leprosi de ministerio sacerdotum dubitantes uoci Domini obediunt, et ad eos sese recipere uolunt, non dissidentes cum Naaman, 2 Reg. V, 10, seqq. quo factum est, cum illi abirent, uera fide, et purificationem sperantes, licet eius modum ignorarent, mundati sunt, uirtute Christi, omnia efficiente, ut adeo eo confidentius ad sacerdotes accedere, ac de eorum sententia, qua mundi pronunciandi erant, cerri esse possent.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙΣ

- I Quo maior cordis calamitas est, et angustia, eo maior clamor ad D E V M esse solet, Ps. LXI, 2, 3, CXXX, 1, Ies. XXVI, 16, siue cordis, Exod. XIV, 13, 14, 15, XVII, 4, coll. Num. XX, 6, 1 Sam. I, 16, seqq. siue oris, Matth. XIII, 22, XX, 30, seqq. Fuge afflerte et tu ad hunc thronum gratiae siue oris, siue cordis, clamore, uide tamen ex fide ut unice profiscantur preces tuae, et te exaudiet, Ps. XXVII, 9, L, 15, CXVI, 10, Dan. IX, 18, seqq. Sine fide enim preces non audiuntur, Ier. V, 3, Hebr. XI, 6, Iac. I, 6, 7, V, 15, 16.
- II Quamuis D E V S afflictiones piorum sciat, eosque adiuturus sit, antequam clamant, Ies. LXV, 24, tamen postulat, ut ipsum, sicut filii Patrem honorantes inuocemus, Ps. L, 15.
- III Cum solus D E V S a peccatorum lepra homines emundare possit, ad ipsum etiam solum configiamus poenitentes, et seruabit nos, Ps. XXXII, 5, 2, seqq. LI, 3, 4, CXXX, 4, 5, Ies. XXXIX, 17, XLIV, 22, Ier. XXXIII, 6, 8, Matth. I, 21, 10, I, 7.
- IV In afflictionibus, quae communes sunt, coniungamus etiam preces nostras, eoque fortius uera fide clamantes D E V M inuocemus iuxta προσοικ. I et II.
- V Licet ab hominum consortio miseria nostra nos remoueat, et procul stare iubeat, a D E I tamen facie, misericordia, et prouidentia non remouemur, quin adsit miserescens nostrum. Hoc sit afflictis solatio, Iob. VI, 15, XIX, 13, Ies. XLIX, 15, LIV, 8, 10, Thren. III, 22, seqq.
- VI Non πολυλογία orantem commendat, Matth. VI, 7, sed fides, Iac. I, 6, V, 15, quae breuissimas preces facit efficaces, Matth. XVI, 28, Luc. XII, 13, 14, 38, 42.

VII Si

VII Si uera fide oraueris, crede, oculos Domini ad te respicere, *Ier. V, 3,*
eiusque Spiritum, in corde tuo loquentem, solatio te refecturum esse, *Ps. CXIX, 5,* *Rom. II, 15, 16.*

IX Ut inobedientia iram DEI prouocat, sic obedientia auxilium efficit, *1 Sam. XV, 22, 23,* Domini ergo mandata exsequamur, si bene nobis consulere uelimus, *Deut. XXIX, 1, seqq.*

X Ministri V. D. licet impii sint, honorandi tamen et audiendi sunt, si uerbum DEI recte docuerint, et de peccatorum lepra uere iudicauerint, *Matth. XXIII, 2.*

XI Mediis, quae DEVS praescripsit, uti, siisque nos subiicere, debemus. Si finem obtainere uelimus.

XII Christus uarias habet iuuandi vias ac modos. Hinc noli diffidere, uel obmurmurare, si te non eo iuuet modo, quo tu sperabas, *2 Reg. V, 10, seqq.* alio modo tibi suppetias feret, de quo tu non cogitabas, *Ps. XXXVII, 5, L, 5, LV, 28, Rom. XII, 12, Iac. V, 15.* Fac modo, quae in uerbo suo praecepit. Crede, scilicet, et ora.

VERSVS 15 ET 16

15 Εἰς δέ ἐξ αὐτῶν, ἰδὼν, ὅτι ἴδην, *Vnus autem ex ipsis, uidens, quod sanatus esset, reuertit, cum uoce magna glorificans DEV M.* Et cecidit super faciem ad pedes eius, gratias agens ipsi. *Et iste erat Samaranus.*

16 ἔδειχνον τὸν Θεόν. Καὶ ἐπεσεν ἐπὶ πρόσωπον πάρεξ τούς πόδας αὐτοῦ, εὐχαριστῶν αὐτῷ. *Kai autros uu Sigma magneiteta.*

Ε Ζ Η Γ Η Σ Ι Σ

Εἰς δὲ ἐξ αὐτῶν -- δοξάζων τὸν Θεόν. *Vnus autem ex ipsis decem leprosis, cuius fides erat ανυπόπτος, et mirifice miraculo Iesu, quo pristinae sanitati restitutus erat, aucta et confirmata, opera nunc fidei edebat, Iac. II, 18, cum enim uideret, siue intelligeret, ex iudicio sacerdotis, qui ipsum mundum pronunciauerat, quod sanus factus esset, et quasi de integro reuixisset, - magnum hoc beneficium Domini expendens secum, reuersus est, a reliquis, in quorum societate hactenus fuerat, se separans, qui aut ipsi erant ingrati, aut ab aliis forte persuasi, ne redirent, ac Domino hostiam laudis, Ps. L, 14, 15, Ebr. XIII, 15, offerrent. Nullum enim est dubium forte, quin sacerdotes, pharisei, ac reliqui Sospitatoris Optimi hostes, purificationem hanc extenuauint, eandemque uirtuti Christi pro sua malitia et consuetudine, conf. Io. IX, 10-14, et alibi, derogauerint, aliquique cuidam causae adscriperint. Vtrum uero ideis*

E

ratio-

27.

28.

29.

3

31.

32. 38.

33. 37.

34. 5.

35.

rationibus a sacerdotibus factum sit, quas LYRA diuinauit, scribens, *Sic sane est, mundi estis.* At ne cogitate, tale quid Iesu Nazareni ope factum, *is enim seductor est, praestigiis Satanicis hominibus illudit, si propriae uirtuti si- deret, nos ad hostes suos sacerdotes non ablegaret, at aliena arare uult uitula cum sciat et legis Mosaicae et cultus nostri Leuitici tantam uim esse, quantus enim hic mediorum cumulus?* Sanguis, aqua, eccas, cedrus, uas fictile, hys- sopus, tonsio, septemplex conspersio, mundaque uestis. *Haecne uos fru- stranea putabitis, manete itaque in ueteri uestra religione, et nouam illam dimitte, sin minus, et uos, et medicum uestrum idem excommunicationis fulmen tanget, probabile quidem uidetur, certum autem dici nequit.* Interim, quae- cunque causa fuerit, nouem, immemores gratae mentis testificandas pro beneficio in se collato, non accedunt ad iesum, sed procul dubio ad res suas domesticas, sacrificiis ante oblatis et ritibus obseruatis reliquis, prout in lege Mosis constitutum erat, *Exod. XIV, 2, seqq.* sese receperunt, unus saltem agnoscit beneficij magnitudinem, atque hinc, ad Davidis exemplum, magna multaque uoce glorificat *DEVM, Pf. CIII, 1, seqq. CXLV, 1, 2, 8, 9, 19, CXLVI, 1, 2,* erga omnes ac singulos, in ciuitatibus ac uicis, et toto itinere sibi obuiam uenientes, tum exponendo morbi uehementiam insanabilem, ac miraculosam curationem, tum agnoscendo, quod solus *DEVS* sit, qui occidere et uiuificare possit, *zReg. V, 7.*

Kαὶ ἐπεσεν ἐπὶ πρόσωπον -- καὶ αὐτὸς ἦν Σαμαρέτης. Et, adue- niens ad Iesum cecidit super faciem ad pedes eius, eoque ipso indicauit, Iesum pro Filio DEI et pro uero DEO se habere, eumque religiose colendum esse. Apud profanas quidem gentes, obseruante CASPARO ERNESTO TRILLE- RO, ad h. l. moris quidem fuit, ut aegri, et inprimis pauperes, sanitate re- recuperata, in grati animi signum ad medicorum se prosternerent genua, hic tamen uix de cultu ciuili cogitandum esse, ex u. 18 colligitur partim, partim vero, quod, hanc consuetudinem inter Iudeos et Samaritanos obti- nuisse locum, nullibi legatur. Idecirco statuimus, ipsum religiose colere uoluisse Iesum, qui opus fecerit diuinum propria uirtute, eumque libera- uerit morte, dum cecidit in uultum ad pedes eius, gratias agens ei, ut me- dico Israelis et suo, *Exod. XV, 26.* Ut uero hanc fidem hominis in Iesum eo magis demiraremur, eamque imitaremur, addidit *S. Lucas*, quinam ille fuerit ad Iesum conuersus. *Et iste erat Samaritanus natione, et superstitionis religione,* quae Iudeis erat admodum abominabilis. Vid. quae ad u. 33 *Euang. Domin. XIII post Trinitat.* sunt notata. Interim tamen maior in eo inueniebatur fides, quam in ingratis nouem commilitonibus, qui aut persuasione Iudeo- rum ac metu, aut negligentia et animi levitate, non reversti erant, adeoque uel

uel istius fidei suae iacturam fecerant, uel fides eorum uacillabat imdraesentia-
rum. Hinc utique Samaritanus nouem illis longe antecellebat, ideoque lau-
dandus erat, quia non tantum cum illis nouem bene cooperat, sed solus
etiam bene finit. Virtusque enim in Christianismo requiritur, inchoare et
perseuerare, Matth. X, 22, currere et ad metam pertingere, 1 Cor. IX, 24.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

- I Bonos quidem esse raros, nonnullos tamen, uel unum tantum, in hoc illoue
coetu inveneri, discimus. Imo, DEVM plures nouisse, quam homines
quidem cogitant, Eliae olim; 1 Reg. XIX, 14, 18, coll. Rom. XI, 3, 4, et nostra
memoria Salisburgensium, exemplo edocemur.
- II In iis laudandus est separatismus, qui ab errantium se multitudine tempe-
stive separant, et in illam uiam recedunt, quae ad DEVM dicit, Ios,
XXIV, 15, 2 Cor. VI, 14, seqq.
- III DEO ut debemus grates pro omni bono, quo nos ex gratia donavit,
sic in primis eas persoluere ipsi tenemur, quando ex singulari quadam af-
flictione nos eripuit, Ps. XXXIV, 2, seqq. L, 15, LXI, 2, 3, 9, LXXI, 20, seqq.
XCV, 1, seqq. CIII, 2, seqq. CXIX, 1, 5, 28, 29.
- IV Quam multi sunt, proh dolor, qui in angustiis ex imo pectore ad ra-
uim usque ad DEVM clamant, et Κόρις ἐλέστον canunt, Ps. LXIX, 4,
sed quando exauditi sunt, hostias laudis, sive Halleluia, DEO persoluendas,
Ps. L, 14, 15, Hos. XIV, 3, Hebr. XIII, 15, turpiter negligunt, Deut. XXXII, 6.
- V DEO quando gratiarum hostias, quae ei placeant, offerimus, non exter-
ne, ore tantum, sed corde etiam hoc fiat, Ies. XXIX, 13, Amos. V, 21, seqq.
Matth. XV, 8.
- VI Hostiam, post sanitatem recuperatam, DEO acceptam oblaturus, te
ipsum ei offer, Rom. XII, 1, 2, et a peccatis abstine, Ies. I, 16, seq. Io. V, 14.
- VII Cum gratias DEO obtuleris, humilitatem omnino cum eis coniungas,
uide, Mich. VI, 8, 1 Pet. V, 5, 6, in primis cum tuam indignitatem confide-
res, Gen. XXXII, 10, Matth. II, 8, Luc. XIII, 13.
- IX Hoc maiestati Christi conuenit, ut, sicut in altera, sic in haec quoque
uita coram ipso genua flectamus et in uolunt procidamus, Phil. II, 10,
Apoc. IV, 10, 11, V, 8, 14. Venite ergo, procidamus coram ipso, Ps. XCV, 6, 7,
neq; simus ingrati. Conf. paulo ante, προσοντικ IV.

IX In iis saepe, qui olim a ciuitate DEI alieni erant, nunc uero ad Christum conuersi, tanta fides reperitur, quantam in illis, qui in ciuitate Christi nati, educati, et instituti erant, frustra quæsiueris, *Matth. IX, 10, seqq.*

VERVS 17 — 19

17 Αποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐπέν. Οὐχὶ
οἱ δέκα ἐκαθαρίσαντο; οἱ δὲ ἐννέα
18 πῶς; Οὐχὶ ἐνρθησαν ὑποβεβλαύτες
δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, εἰ μὴ ὁ ἀλο-
19 γενής οὗτος. Καὶ ἐπέντε αὐτῷ. Ανα-
στὰς πορεύου, καὶ πίσις σου σέωντες

Respondens autem Iesus dixit. Nonne decem mundati sunt? Nouem autem ubi? Non inueniuntur reuersi dare gloriam DEO, nisi alienigena hic. Et dixit ipsi. Surgens uade, fides tua seruant te.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Aποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς — οἱ δὲ ἐννέα πῶς; Respondens autem Iesus Samaritano, gratias agenti, dixit coram et iusta indignatione, ob ingratitudinem reliquorum nouem, quaerendo. Nonne, prout nosti, qui inter decem fuisti leprosos, et quae ipsis euenerunt, testis es, decem illi omnes, qui me rogabant exclamantes, *In toū, ἐπιστάτης, ἐλέησον ἡμῶν, mundi sunt facti?* et idem beneficium percepérunt tecum reliqui? Nouem ergo illi ubi sunt? Quae-rit igitur Dominus, sed ita querit, ut quilibet intelligat, se scire, pro sua diuinitate, omnia, quae contigerant, nec opus habere testimonio cuiusdam. Deinde querit, ut partim palam fieret, omnes mundos factos esse, nouemque istorum innotesceret ingratitudo, partim, ut in ruborem daret Iudeos iacentes, eosque tum uanae gloriationis de suis operibus meritoriis, tum ingratitudinis, ut supra immisericordiae, uid. *Evang. anteced. u. 29, seqq.* conuinceret. Iudei enim cum multum, quavis occasione, de sua pietate ac praerogativa pre Samaritanis, multum de suis operibus meritoriis, gloriarentur, iisque saluari uellent, ex hoc exemplo iterum agnoscere debebant, quod ipsis, dum Samaritanis virtutum operumque cederent exercitio, nec tamen, hos operibus saluari, statuerent, eo minus ipsi saluari possent operibus, ideoque etiam uerba, in uersu antecedenti adiecta ui-dentur, *καὶ αὐτὸς ἦν Σαμαρείτης.* Vtrum uero hic Samaritanus ad quaestione Domini responderit, *ὑπέστησεν*, reuersi sunt, ut ex uersu seq. fere colligere licet, an tacuerit, ideo forte, quia ignorabat, quo reliqui nouem se uerterint, et quaenam causa, cur illi non accesserint secum, uel ex modestia, ut *Synopsis Starkiana* habet, ne eorum uideretur accusator, (quamquam haec posterior ratio uix admittenda uidetur,) an Dominus, eius responsionem

non

non expectans, se statim in uersu sequenti ad populum conuerterit, ipsamque sententiam, quod nemo eorum aduenerit, dixerit, tacente Scriptura, diuinare non licet.

Οὐχ ἐνέθησαν -- εἰ μὴ ὁ ἀλλογενῆς οὗτος. Non inuenti sunt, non apparuerunt, quo sensu haec vox Rom. VII, 10, et alibi, accipitur, reuersi, adeoque ipse Dominus affirmat, quod reliqui nouem, inter quos procul dubio Iudei fuerunt quoque, qui se Samaritano illi grato praetulerunt, non apparuerint coram Domino, licet reuersi essent. Interpretes quidem haec uerba consueuerunt reddere, non inuenti sunt, qui reuertentur, sed cum primo sensu, si ita uertantur uerba, Reuersi non inuenti sunt, sive non apparuerunt, sit perspicuus, deinde structura Grammatica eundem requirat, et tertio leprosi uideantur in his terris domicilia sua habuisse, omnino, illos ad eadem reuersos esse, uero simile est, atque inde eo maior est ipsorum ingratitudo animi, cum in uicinia essent, nec tamen ad Dominum redirent, eique gratias persoluerent, uel, ut uerba fluunt, Reuersi illi non apparuerunt, sive, nemo eorum, qui reuersi sunt, apparuit hic publice dare gloriam, prout pietas postulabat, DEO Salvatori suo, qui pristina ipsos donauit ualeitudine, eisque, quasi a morte excitatis, nouam uitam largitus est, Ps. CIII, 5. De se enim hic loqui Salvatorem, uel exinde intelligitur, quia in templo DEVM laudarant et gratias egerant, sacrificia pro lepra offerentes, hinc Dominus h. l. hanc impietatem ipsis non obiicere uidetur, sed eam ingratitudinem, in illis reprehendit, quod eorum nemo sibi, Filio DEI et Israelis medico, obtulerit hostias laudis, Hos. XIV, 3, Ebr. XIII, 15, gratiasque egerit, nisi unicus alienigena hic, de quo GROTIUS commentatur recte, scribens, Respondet ἀλλογενῆς Hebraeo 7: Samaritas etiam Iosephus ἀλλοεθνῆς uocat. Erant enim Samaritae magna pars ex Cuthaeis et aliis Assyriae populis, unde כוֹתִים nunc quoque a Iudeis dicuntur. Sed quidam Israelitici generis illis se immiscuerant. Unde data occasio Samaritis, ut pro re nata (quemadmodum Iosephus narrat,) cognatos se Iudeorum modo profiterentur, modo negarent. Discimus autem ex Iosepho, Iudeorum multos, qui in legem sabbati ac ciborum peccaserunt, ad Samaritas immigrasse, atque ab eo hominum genere habitatam urbem Sicimorum. Hinc est, quod Sicimitas peiores Garizitanis, qui erant Cuthaei, ut idem testatur Iosephus, facit Syracides. cap. L, 27.

Καὶ εἶπεν ἀυτῷ -- Η πτέρις σου σέσωκέ σε. Post haec, quae dixerat ad populum uersu anteced. Iesus, dixit ei, Samaritano, blanda voce, prout pater misericordiarum et DEVS omnis consolationis solet, Ps. CIII, 13, Matth. XI, 28,
2 Cor.

27.

28.

29.

3

31.

32. 38.

33.3

34.5

35.

2 Cor. I, 3, seqq. ad eum a populo conuersus. Surgens uade in pace,
 2 Reg. V, 19, ad negotia tua, quae uocatio, seu status tui conditio,
 tibi imp. suit, obeunda. Placuit enim mihi grata tua mens, quia a uera
 fide profecta est, Rom. XIV, 23, Hebr. XI, 6. Atque haec fides tua, medium tum
 salatis aeternae, Io. I, 12, III, 16, VI, 40, 47, XI, 25, 26, Eph. II, 8, tum felicitatis
 humanae, Iac. I, 6, V, 15, te seruauit, ληπτικῶς, non δοθικῶς, qua corpus
 aequa, ac qua animam. Illud enim lepra corporali, hanc uero lepra spiri-
 tuali liberauit, conf. εξήγνωσις ad u. 12. Fides ergo in Christum seruauit
 miserum, non opera eius, quae in causa salutis nulla sunt, Ies. LXIV, 6,
 Dan. IX, 18, Hab. II, 4, Luc. XVII, 9, 10, Eph. II, 8, Tit. III, 5, sed postea quando
 homo peccatis liberatus et iustus pronunciatus est, a uera fide promanant,
 2 Petr. I, 5, seqq. (a qua etiam huius gratitudo snimi proficiscebatur,) et ob
 hanc fidem DEO placent, Ebr. XI, 6.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

- I Discite, qui putatis, DEV M non curare hominum actiones, quod ad
 eas, siue bonae, siue malae sint, respiciat, et secundum eas aliquando
 unicuique retributurus sit, Rom. II, 6. Sapiatis igitur, eoque contendatis,
 ut in iis inueniamini, qui boni sunt, et opera bona fecerunt, Ps. XC, 13,
 Matth. X, 16.
- II Noli beneficiorum obliuisci, quibus DEVS te donauit, sed hostias
 laudis prout decet, Ps. L, 15, CIII, 2, ei offeras, conf. ad u. anteced. προσον.
 III, seqq. Ingratitudine enim nihil turpius est, quam etiam barbarae dete-
 stantur gentes.
- III Pauci cum sint, qui DEI beneficia grata agnoscunt mente, operam
 demus, ut in his paucis inueniamur, ne cum multitudine ingratorum a
 Domino aberremus.
- IV Afflictiones saepe Christianos facere externe bonos, sed cum illae ces-
 sauient, eos hypocritas esse, et eo magis peccare, experientia docet. Ca-
 ue igitur, ne hypocrita sit tua pietas, tuaque oratio.
- V Ut humilitatem sequitur exaltatio, 1 Petr. V, 5, 6, sic fidem sequitur salus, tum
 in hac uita, tum post hanc uitam, Matth. XV, 28, Io. III, 16, VI, 40, 47, Iac. V, 15.
- VI Caue, ne, operibus salutem aeternam consequi posse, tibi persuadeas,
 Luc. X, 25, uid. ad u. 25 Euang. Domini, XIII post Trin. προσον. VII. Sola
 fide in Christum salus tua! Io. XX, 31, Act. IV, 12, Rom. III, 24, seqq. Eph. II,
 8, Tit. III, 5, seqq.


ΤΩ Ι. ΘΕΩΙ ΜΩΝΩΙ Η ΔΟΞΑ



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn86218259X/phys_0049](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86218259X/phys_0049)

DFG









Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn86218259X/phys_0053](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86218259X/phys_0053)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn86218259X/phys_0055](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86218259X/phys_0055)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn86218259X/phys_0056](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86218259X/phys_0056)

DFG



um superiori Seculo quidam ab eo deflecte-
num palam testarentur reliqui. Sic JOH. Pi-
Herbornensem, qui docere exeperat, Chri-
stisfecisse passiva tantum sua obedientia,
pro se ipso Deo satisfecisse, Synodus Galli-
n Vappinci in Delphinatu habita per Epi-
gratia scriptam A. 1603. admonuit, ne pa-
on probo, & pugnante cum Evangelio, Eccle-
sia urbari. Vid. Præstantium & eruditorum vi-
lesiasticæ, p. 121. edit. Amst. 1704. fol. ubi
betur epistola Synodi, & num. 68. PISCA-
, in quo sententiam suam defendit. Du-
ce, cum à Cartesianis & Coccejanis theolo-
gata esset, se opposuerunt reliqui Theolo-
AM. MARESII Systema Loc. X. §. 45. an-
ti de iis ait: malunt Anti - Calviniani esse
remis, quantum possunt, proprius solito ad Pon-
tos accedere. Deberet videri hæc controversia
i, ubi tantum rixabamur cum Pontificiis, sed
occesserunt, ut omne Christi meritum pro nobis
ent, & si quid potuit habere meriti, in sui
converterent, valde refert banc nostram sen-
omnibus iis, qui nolunt occulte συνηγριειν
mis hereticis., Diserte vero docet Coc-
thodum fœderalem sequuntur, Christum
gloriae præmium. Vid. JOH. COCCEJI
fædere & testamento Dei, Cap. V. §. 102—
em HERM. WITSII Oecon, Fæd. Dei, Lib.
56.

Nos manemus in hac simpliciore expli-
cūs, ut agnoscamus, totum hoc pendere
ratione Dei, ut antecederet glorificatio Pa-
ter, & quæreretur glorificatio Filii à Patre. Hunc
o non uno docet scriptura. Luc. XXIV.
, nonne oportuit, inquit, Christum pati, ET
C 3 sic